

DISPUTATIO SECVNDA,  
DE CAUSA EFFICI-  
ENTE IVDICII, ET PRAECI-  
PVE DE IVDICIS DEFINITIONE, DIVI-  
sione, causa efficiente, subiecto &  
obiecto:

E X

OBRECHTIANIS SCHOLIS LIBRI

*Primi de Iudicijs, tam ex veteri, quam nouo, moribus,  
& Imperij ordinationibus recepto & approbato  
Iure desumpta:*

*Et in inclyta Argentoratensium Academia publici exer-  
citiij causa proposita*

à

GEORGIO OBRECHTO IC.

*Respondente*

IOANNE MELCERO EPERIESZY nobili Vngaro.

*Disputabitur mense Februario.*



ARGENTORATI

Excudebat Antonius Bertramus.

Anno XCVI.

645

1596

B. M. V. 1139

BCU Cluj / Central University Library Cluj



ILLVSTRISSIMIS PRINCIPBVS  
ac Dominis:

D. GEORGIO RADZIVIL DVCI  
IN DVBINKI ET BIRZIS: PALATINIDÆ  
*Novogrodiensi: Capiteo Moziriensi, &c:*

ET

D. IOANNI RADZIVIL DVCI  
IN BIRZIS ET DVBINKI: PALATINIDÆ  
*Vilnensi: Capiteo Borissouienſi, &c. Patruelibus:*  
*Dominis clementiſſimis.*

S. P. D.

**D**vo sunt, Illuſtriſſimi Principes, Domini  
clementiſſimi, quæ, vt quotidiana expe-  
riencia teſtatur, etiam imi, quod aiunt, ſub-  
ſellij, inſimæq; ſortis homines euehere: ad  
dignitatis atq; laudis extollere culmen ac ſaſtigi-  
um nobiles: Principes verò ad cœlum vſq; laudibus effe-  
re, veroſq; Heroes efficere ſolent: liberalium artium  
atq; facultatum cognitio, rei; militaris peritia. Ho-  
rum enim alterutri ſedulam operam qui nauant: &  
vel in Palladis, vel Martis ſtipendia caſtris merent:  
diem ſine linea ducta præterlabi nullum patiuntur:  
imò noctes plurimas, tanquam in expeditione, ipſiſq;  
adeò excubijs, inſomnes agunt: excellere in his, &  
ſi non in primis, in ſecundis ſaltem conſiſtere ſibi pro-  
poſitum habent. Quo quid Reipub. acceptius: pa-  
triæ ſalutare magis: toti orbi Chriſtiano optatius: ipſiſ  
conducibilius eſſe repeririue poteſt? Nihil proſectò

est quod breue, miserum, luctuosum vitæ huius no-  
stræ curriculum melius, quàm hæc ipsa commendet:  
quod qui alterutro istorum præditus, omnium in lin-  
guis literisq; semper versatur: eiuſdem nunquam ob-  
liuione obliteratur, ac sepelitur memoria. Cuius me-  
mores rei veteres inde ab incunabulis filios suos belli-  
cis in artibus instituere; in id incumbere sunt soliti:  
vt laboribus consuecerent: pernoctarent sub dio:  
frigore æstuq; corpora firmarent: cursu, saltu, pugil-  
latione, luctatione, alijs sese exercebant: quò vsu diu-  
turno habitu sibi comparato, eò animosiores in ho-  
stiles redderentur. Sed & illi ipsi à teneris, quod aiunt,  
vnguiculis in Scholas virtutum artiumq; officinas  
mittebantur: vt dulci ac mellito matrum à com-  
plexu abrepti, maturè pietatis, doctrinæ, prudentiæ  
præcepta imbiberent: atq; ita non solum numerum  
mortalium comp'ere, sed & frugi ac vtilis DEO, ho-  
minibus salutare, sibi suisq; honorifici esse possent.  
Vt autem alterutro horum præstare præclarum: e-  
minere eximium ducitur: ita longè præstantius fue-  
rit, si coniunctum vtrunq; in aliquo inueniatur. In-  
clytus certè Heros ille Scipio per vices, & Musis, &  
Marti horastribuebat: inter grauiſſima de armis patriæ  
pro salute capiendis atque capeſſendis consilia, tuba-  
rum sonum, armorum strepitum, scientiarum pul-  
cherrimarum cognitionem neutiquam repudauit:  
verum ita animum indies suum excoluit: vt melior,  
doctior, sapientior quotidie redderetur. Alexander  
quoq; re nomineq; Magnus, totius propè terrarum  
orbis terror, militaris rei præcepta à Parente, Duci-  
busq; præstantissimis accepit: disciplinas vt les à Præ-  
præce

3  
ceptore Aristotele, Philosophorum Coryphæo,  
hausit. Maximis ergo Darij opibus positus, cum ser-  
nium auro, gemmis, margaritisq; alijs pretiosis refer-  
tum inuenisset: amicis diuersis hæc ipsa distribuit: &  
Homeri potius libris custodia detur, pretiosissimūq;  
humani generis opus singulari, inquit, cura atq; dili-  
gentia seruetur; quos tanto etiam amore prolecutus  
est, vt sub puluino eos semper habuerit. Quin & quan-  
topere opes, propter quas vt plurimum bella insti-  
tuuntur, idem neglexerit, literarūq; his studia præ-  
tulit, vel inde quoq; perspicitur, quod Darij filiam,  
cum maxima regni parte, ingentiq; auri pondo con-  
tempserit, & Barsynen. Græcis literis probè eruditam,  
quamuis inops esset, regio nisi genere oriundā, duxe-  
rit. Jam verò etsi multos sola tantum rei militaris pe-  
ritia instructos, Res benè publicas gessisse constat:  
multò tamen plures exiguo Martis sub theatro versa-  
ti spacijs antè sedulo diligenterq; Musarum in campis  
factis, pulchra, præclara, eximia multa gesserunt: &  
sunt pusillo à corpore Gigantes & Pyrgopolinices  
plurimi superati. Maior etiā inde, de vulgati versiculi  
sententia, ab arte venit gloria, Marte minor. Etsi au-  
tem artibus & disciplinis cunctis, aliquem va-  
care difficile, imò τῶν ἀδυνάτων: num, nec etiam con-  
sultum cordatis à viris iudicatur: talis tamen his præ-  
fertim eligenda erit, qui patriæ inservire, Rebus ali-  
quando publicis dignè præesse cupiunt: quā vel ma-  
ximè eiusdem commodum emolumentumq; pro-  
moueat. Iuris verò prudentia nullam esse Rebus  
publicis vtiliorem, cum ex omni parte salutaria præ-  
cepta hominum in officio continendorum præscri-

bat: quis quæso non videt? Quid melius, iustius, sanctius dici fingiue potest: quam honestè viuere: neminem lædere: suum cuiq; tribuere? Tanti mehercule propterea hanc ipsi Imperatores & Reges plurimi fecerunt: vt Imperatorem legibus debere esse armatum statuerint. Cæterum, licet ducibus Iureconsultis multi rem benè publicam gerant: cum alijs multis nominibus, tum hoc maximè Alexander Seuerus laudetur, quod res nullas publicas, vel priuatas, nisi in consilium Vlpiano & Iurisconsultis alijs adhibitis, susceperit atq; administrauerit: tamen neq; malè Persæ mihi fecisse videntur, qui ante omnia regio ex sanguine oriundos, quos ad regni venturos successionem sperabant, patrijs legibus atque consuetudinibus instrui diligentissimè curarunt: nec prius solium occupare regium passi sunt, quam Decreta patria, Statuta, Iusq; vt vocant, municipale tenuissent. Verum dixerit fortè hîc aliquis, non Ius patrium in Iure Ciuili Romano contineri? Neq; ego sanè in hoc contineri cuncta affirmarim: at neq; istud admiserim ab hoc illud omninò recedere. Neq; quenquam esse arbitror qui hoc dicturus sit. Continet siquidem cæterorum Iurium omnium Ius ciuile fontes: manant & fluunt ex hoc veluti fonte riuuli cæteri: vt hoc qui didicerit, cætera facillè quoq; nouerit. Quemadmodum ergo magnorum fluminum Danubij, Rheni, aliorum magna cum alacritate & iucunditate fontes videmus: gratius item ipso ex fonte aquæ petuntur: ita hoc, cum viam nobis ad alia struat & muniat, non dubium est, maiori cum voluptate & vtilitate cognosci.

Sed

4

Sed quorsum hæc Illustrissimi Principes, Domini clementissimi? Cùm humanioribus in literis, Eloquentiæ etiam studijs progressus DEI beneficio Cel. V V. per quàm laudabiles iam fecerint: quin animum quoque ad iuris studium, historijs plurimis refertum adiecturæ sint, Earundem præclarus verisq; Principibus dignus ad optima quæq; impetus augurari me cogit. Neq; verò hoc tantum: sed & rem militarem minimè CC. VV. neglecturas, sed & suo tractaturas tempore dubitari non potest. Quibus sanè Virtutibus Cel. vestræ ornatæ, non solum nomen & decus à maioribus Illustrissimis quasi de manu in manum traditum conseruabunt ac fouebunt, verum etiam aucturæ, patriæ potentissimæ ac florentissimæ ornamento atque emolumento maximo futuræ sunt: quandoquidem illas Respub. felices diuinus ille Plato iudicat, in quibus sapientes gubernacula tenent. Habet proinde & Academia hæc inclyta de Cel. V V. aduentu felici sibi quod gaudeat: Serenissimæ simul patriæ vestræ gratuletur. Quoniam autem publicè in oratione à me VI. Idus Ianuarij recitata Cel. V V. felix huius noui anni auspiciū, medium felicius, felicissimum exitum qua par erat obseruantia precari: simul & de prospero aduentu gratulari debueram: Illæ verò cum propter longinquitatisq; itineris molestias, tum causas alias interesse non poruerint: haud illud fore inconueniens putauī: si hæc ex Mag. Domini Rectoris, Iurisconsulti celeberrimi, Præceptoris summa obseruantia colendi D. Doctoris GEORGII OBRECHTI Scholis disputationem desumptam, de Iudicij, in primis verò Iudicis

(qui

(qui basis & fundamentum iudicij) definitione, di-  
uisione, causa efficiente, subiecto & obiecto CC. VV.  
Illustriſſimo nomini consecrarem: præsertim cum  
hæc materia talis sit, sine qua Respub. nulla incolumis  
diu saluaq; esse possit: & ad quam, tanquam scopum  
finemq; digniorem, medijs ad eum ducentibus omnes  
collimant. Et propterea vt CC. VV. Theses hæc serena  
fronte suscipiant, meq; meliori, quod aiunt, de nota  
sibi commendatum habeant: idq; eò magis quod etiam  
erga Generosum atq; Nobilissimum Dominum IOANNEM  
EPERIESZY D. Patruum & Patronum meum summum,  
clementer admodum Eadem sint animata, qua par est  
animi submissione rogo. DEVS OPT. MAX. saluas &  
incolmes CC. VV. diutissimè Inclytæ patriæ, Illustriſſimis  
DD. Parentibus ac Patruis, subditis præterea conser-  
uare atq; efficere dignetur: vt quæ iam ab his sunt  
parta: parantur quotidie: etiam deinceps parabuntur,  
canim perducant ad frugem que in Argentorati XIV.  
Cal. Februa. Anno Lyturgiz Christianæ clō Io XCVI.

*Cels. Vestris*

*Addissimus*

*Cl.*

IOANNES MELCERVS  
Eperieszzy.



DE CAUSA EFFICIENTE IVDICII: ET PRÆCIPVE DE IVDICIS DEFINITIONE, diuisione, causa efficiente, subiecto & obiecto Caput III.

## I.

**P**ostquam satis de Iudicij Etymologia, varia significatione, definitione & diuisionibus egimus: deinceps de causa efficiente, & ita de personis Iudicij, atq; de ijs, quæ ad harum pleniorum cognitionem faciunt, agemus.

2 In iudiciorum enim tractatione vel imprimis constare debet, anne persona, quæ in iudicio interueniunt, legitime sint, an non sint: quia non legitime in iudicio nec esse, nec comparere possunt.

DE REMOTA IVDICII CAUSA  
efficiente.

3 *Causa autem Iudicij efficiens vel est remota, vel propinqua.*

4 *Remota est ius Gentium: quia apud omnes gentes iudicium fuit receptum. Nulla enim gens tam barbara fuit, quæ non civili, & criminali iudicio uteretur.*

5 *Ciuile iudicium ex illo præcepto fluxit: Res esse diuindendas: at criminale ex altero præcepto, Sontes esse puniendos, ortum est: hæc de causa remota.*

DE PROPINQUA IUDICII CAUSA  
efficiente.

6 *At propinqua Iudicij efficiens causa sunt persona quae in iudicio interueniunt: quia principem in efficiendo locum habent.*

7 *Haec autem vel sunt principales: vel accessoria seu adiuuantes.*

8 *Principales sunt Iudex, actor, & reus: quia hi vel praecipue iudicium constituunt. Litigatores enim causas in iudicium deducunt: at Iudex de his ius dicit, easque cognoscit. Ex quo si una ex his personis deficit, totum iudicium corrui.*

9 *Quidam his testes idoneos adicit, asserente Gregor. Tholosa. in Syntagmar. viii. p. 3. lib. 47. c. 8. n. 1. 11.*

10 *At hi melius inter accessorias numerantur: quia vel Iudicis, vel actoris, vel rei intentionem firmant. Nos itaque, his omissis, de singulis prioribus, tribus in posterum agemus.*

DE IUDICE PRIMA IUDICII  
principali persona.

11 *Et quidem Iudicij prima principalis persona est Iudex. Hic enim potissima pars, basis & fundamentum est iudicij sec. Gail. pract. obs. lib. 1. obs. 42. n. 9. in f.*

12 *Vnde Bald. in rub. Cod. Si a non competen. Iud. n. 2. hunc Ducem & Imperatorem Iudicij vocat.*

13 *In huius autem persona VI. sunt nobis explicanda: I. Quae sit iudicis definitio & diuisio: II. Quis Iudicem constituere & dare possit: III. Qui iudices constitui & dari possunt*

possint: IV. Quibus in causis Iudices constitui & dari possint: V. De forma & sine Iudicis, atq; ita de officio eius: & VI. de Iurisdictione & imperio.

## DE IUDICIS DEFINITIONE ac diuisione.

14 Ad primum quod attinet, Iudicis nomen à jure & dicendo Varroni derivari videtur lib. 4. de ling. lat. quia Iudex vel ex propria, vel aliena potestate jus dicere solet: ut ita Iudex, quasi jus dicens appelletur.

15 Hic, ratione presentis tractatus, definiri potest, legitimus disceptator cause, in iudicium à Litigatoribus deducta.

16 Dicitur Disceptator: quia causam litigatorum disceptare h. e. disputare & judicare debet. Virumq; enim Disceptandi vocabulum significat l. cum clericis 25. C. de Episcop. & Cler. & c. forus §. Iudex, de verb. sig. diximus disput. 1. thesi 33.

17 Disputat autem Iudex litigatorum causam, dum eam, in omnem partem agit atq; considerat: & ex utraq; parte eius rationes & argumenta inquirat.

18 At judicat, ubi jam causa diligenter disputata, pro hac vel illa parte sententiam pronunciat.

19 Unde Cic. in Partition. Iudicem rei sententiæq; moderatorem dixit.

20 Dicitur autem Iudex Legitimus disceptator: quia causam ex legum præscripto disceptare atq; judicare debet.

21 Id tum facit, ubi, ordine iudicij observato, diligenter inuestigat atq; scrutatur, an meliore iure actor, an reus nitatur.

22 Quia de causa Cic. in Top. iudicem disceptatorem in  
iuris esse affirmavit: quia, ait, iudicij finis est ius. Secir-  
co enim causa litigantium a Iudice disceptatur: ut suum cuius  
tribunatur plura diximus disput. 1. thesi 42. cum seqq. Et  
hac de definitione.

23 Dividi hic Iudex in eum potest, qui jurisdictionem,  
& eum, qui tantum notionem habet l. pen. D. de iudic.

24 Jurisdictionem rursus alius Iudex principalem, alius  
non principalem habet.

25 Principalem jurisdictionem habet is, qui per se juris-  
dictioni praest, vel qui a Principe potestate aliqua pradi-  
tus est d. l. pen. D. de iudic.

26 Jurisdictioni praesse dicitur Roma Praetor, & in pro-  
vincijs Praeses l. qui jurisdictioni: o. ubi no. D. de iurisf.

27 Hic uterq. principalem habet jurisdictionem: quia  
principaliter & jure magistratus jurisdictionem habet,  
Eo enim ipso quod uterq. in Magistratum electus est, jus  
dicere potest.

28 Principaliter autem & proprie neuter per se, sed per  
alios jus dicit: quia jure ordinario postulantiibus tantum  
dat Iudices.

29 At extraordinem uterq. in quibusdam causis recte  
jus dicit l. si praetor 75. D. de iudic. de quo infra plura c. 6.

30 A Principe vero potestate aliqua pradius esse dici-  
tur, qui beneficio Principis Magistratu aliquo fungitur.  
Magistratum enim creatio ad Principem spectat l. vn. D.  
ad L. lul. de amb.

31 Et hic similiter Principalem habet jurisdictionem:  
quia eam a Principe accepit. Princeps enim hanc ei dedit:  
& hoc ipso eum Magistratum fecit. Dare enim jurisdic-  
tionem ait

7  
nem, ait Cuiac. est Magistratum facere: Et hæc de Iudice qui principalem habet jurisdictionem.

32 Non principalem jurisdictionem habet is, qui mandatum, vel prorogatam jurisdictionem habet.

33 Mandatam jurisdictionem is habet, cui alter suam jurisdictionem quasi commodavit. Non enim propriam, sed alienam, & quasi vicariam jurisdictionem habet: quia eius qui mandavit iurisdictione utitur l. 1. §. 1. D. de offic. eius cui mand.

34 Hunc iudicem Vlpian. in d. l. pen. de iudic. Lege aliqua confirmatum dicit: quia ei iurisdictionis principaliter nec à lege, nec à more majorum, qui pro lege est, nec à Principe datur l. more s. cum l. seq. D. de iurisdic. quia, inquam, lex ei iurisdictionem principaliter non defert, sed ab alijs mandatam confirmat l. & quia 6. D. d. tit. Library Cluj

35 Lex enim, item mos majorum, & Princeps, soli Magistratui jurisdictionem deferunt atq; concedunt: at eam, quam postea Magistratus alijs mandat, confirmant d. l. more s. cum l. seq. D. de iurisdic. Et hæc de Iudice qui mandatam jurisdictionem habet.

36 Prorogatam jurisdictionem is habet, qui consensu litigantium de ea causa cognoscit, de qua ratione principa' is & propria jurisdictionis ante cognoscere non potuit l. 1. & 2. D. de iudic. & l. 1. C. de iurisdic.

37 Unde eum iudicem prorogatum vocamus: Et hæc de Iudice qui jurisdictionem habet.

38 Notionem tantum, non etiam jurisdictionem habet iudex datus: & iudex ex compromisso sumptus d. l. pen. D. de iudic.

39 Iudex datus tantum notionem habet l. ait Prætor 5. D.

dere iudic. quia cognoscere & iudicare quidem potest, & vero cogitur l. ult. §. defensores D. de maner. & honor. & l. de qua re. 74. D. de iudic. non autem potest id quod cognouit exequi: quia imperio, & ita iure exequenda sententia destituitur l. à Diuo Pio 15. in pr. D. de re iudic.

40 Et hic Iudex varijs appellatur nom' nibus. Interdum enim & plerunq; vocatur Iudex datus l. iudex 46. D. de iudic. & d. l. à Diuo Pio 15 in pr. D. de re iudic. quia ita litigatoribus Iudex est, si nominatim, & ut quaq; res incidit, Iudex sit datus.

41 Interdum Iudex delegatus dicitur l. à Iudice 5. C. de iudic. quia datus, seu delegatus est ad iudicandam causam.

42 Interdum specialis iudex appellatur l. ult. D. de offic. Præt. & l. Præsides. D. de offic. Præsidi. quia specialiter de re certa, qua proponitur, datur, & non de alia.

43 Interdum deniq; pedaneus Iudex nominatur 10. tit. C. de pedan. iudic. quia ex imo loco iudicat: ita quidem ut pedibus terram attingat, non à solo in sublimem aliquem locum elatus sit no. Donell. lib. 17. commentariorum Iuris ciui c. 17. quia, inquam, non pro tribunali iudicat, sed de plano stans, aut sedens: imo, collatitio, aut fortuito scamno no. Cuiac. in paratit. C. de pedan. Iudic. & No. 71. & 82.

44 Ex quo opinionem Accursij & Accursianorum reijcimus, qui iudices pedaneos pro Magistratibus Municipalibus accipiunt: quia Iudices pedanei non sunt Magistratus, sed iudices dati l. Prætor 4. D. de tutor. & curat. Hæc de iudice dato.

45 *Iudex ex compromisso sumptus arbiter & Iudex compromissarius dicitur* *to. tit. D. de recept. & qui arbit. recep.*

46 *Et hic quoq. est iudex datus: quia saepe à Iudice datur. Sic dicitur arbiter pro socio: arbiter communi diuidendo: quia à Praetore Iudex datus est in actione pro socio, & pro communi diuidendo no. Duaren. in tract. de iudic. in c. de iudicibus datis.*

47 *Sic etiam hic tantum notionem, non etiam jurisdictionem habet: quia nec Magistratus est: nec jurisdictionem, sed tantum iudicandi facultatem accepit.*

48 *Vnde passim Iudex appellatur l. cum lege 41. D. de recept. l. 4. D. de tutor. & curator. & l. pen. C. de recept. arbitr. Et haec de diuisione Iudicis quo ad ius civile.*

49 *Iure Pontificio Iudex dicitur qui iurisdictionem vel notionem habet, & populo iuxta legum praescripta, & locorum consuetudines ius dicit c. forus §. Iudex de V. S.*

50 *Et hic vel est Ordinarius, vel delegatus, vel subdelegatus.*

51 *Ordinarius est qui ab Imperatore, vel à Pontifice iurisdictionem habet c. à iudicibus 2. q. 6.*

52 *Huius generis sunt Electores, Duces, Principes, Comes, Barones, Nobiles, Ciuitates: item Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & alij.*

53 *Delegatus iudex est qui delegatam & commissam sibi iurisdictionem habet, & ratione huius suo officio fungitur c. super questionum 27. de offic. & potest. ind. deleg.*

54 *Et hic Roma, ac alibi, Iudex commissarius dicitur: quia*

quia non per se, & suo iure, sed ex commissione & beneficio alterius iudicat.

55 Maximus autem horum iudicum Roma dicitur esse numerus: quibus Vicecancellarius, vel alius, qui eius loco Cancellariam regit, ex Pontificis mandato causas audientias committit no. Vaccain l. i. d. de off. eius cui mand. Hac de iudice delegato.

56 Subdelegatus Iudex est, cui causa, vel aliqua pars cause, nempe principium, medium & finis causa, secundo loco committitur d. c. super questionum §. intentionis.

### DE IUDICIO CAMERAE.

57 In Iudicio Camerae triplicis generis reperiuntur persona. Principales nimirum, Accessoria, & extranea.

58 <sup>B</sup> Principales sunt Iudices, & litigatores. Nos his omissis de prioribus hic quaedam annotabimus.

59 Et quidem Iudices in Camera vel sunt ordinarij: vel delegati.

60 Ordinarij rursus vel sunt in Camera, & ibi degunt: vel sunt extra Cameraam & interdum eo veniunt.

61 Priores sunt Iudex Camerae, & Assessores. Hi iccirco dicuntur ordinarij: quia Iurisdictionem ab Imperatore & Statibus Imperij concessam habent, Gail. lib. 1. observat. c. 33. n. 1. & c. 41 n. 5.

26 Iudex autem Camerae inter omnes Camerae personas principem locum tenet, atq; inter eas, ut Sol inter Planetas fulget.

63 Hic est caput & Prator iudicij, ad id constitutus, ut in supremo Imperij Tribunali omnia juxta praescriptum ordinata-



inationis fiant & suum cuiq; jus tribuatur jux. ord. Cam. p. 1. tit. 3. in pr. tit. 7. §. ult. & tit. 9. in pr.

64 Hinc illi Supplicationes exhibentur : & in his ipsius solum nomen exprimitur.

65 Non tamen ideo iudex Camera ex arbitrio omnia agere potest. Nullam enim per se, sine scitu & consensu Assessorum, ordinandi & decidendi potestatem, & ne quidem votandi jus (vt vulgo loquimur) habet : sed aliorum tantum votu assentiri potest.

66 Sic etiam Assessores sunt Camera Iudices, ad id constituti, vt causas in Iudicio Camera propositas cognoscant atq; decident sec. ordin. Cam. p. 1. tit. 13. & 14.

67 Hi plurimum ab ijs differunt, quorum mentio fit in D. tit. de officio Assessor. & in C. tit. de Assessoribus.

68 Nam Assessores Camera, sunt Iudices. Vnde quoq; passim in ordinatione Camera vocantur *Dritheiter* / hec est, Iudices.

69 At Assessores, de quibus in iure Ciuili agitur, non sunt Iudices sed sunt Iudicum Consiliarij : quia per se non iudicant : sed iudicanti assident, etq; consilium suggerunt. Vnde Consiliarij appellantur in l. Consiliarij 5. D. de offic. Assessor. & l. 3. C. de Assessorib.

70 Posteriores vero ordinarij Iudices, qui nimirum in Camera non degunt, sunt Visitatores, & Reuifores.

71 Visitatores sunt Camera Iudices, ab Imperatore & Statibus Imperij constituti, vt singulis annis summi Imperialis Iudicij inspectionem atq; cognitionem instituunt sec. ord. Cam. p. 1. tit. 50.

72 Horum tanta est potestas vt ea in quibusdam Imperatoris potestate superet : quia correctio ordinationis Camera

his concessa est, non etiam Imperatori sec. ord. Cam. p. 2. tit. ult.

73 Ratio huius potestatis est: quia non Imperatorem solum sed etiam omnes Imperij Status, & ita totum Imperium representant.

74 Et hi interdum solo Visitatorum, interdum etiam Revisorum officio funguntur sec. ord. Cam. p. 1. tit. 50. in pr. vers. Jhm. f. l. & part. 3. tit. 53. in pr. in verb. So zu der Jährlichen Visitation verordnet schreiben zc.

75 Utroq. autem casu refert, an ipsos Imperij Status, quibus ex ordinatione Imperij Visitatio vel Revisio incumbit, an vero eorum Consiliarios respiciamus.

76 Præ ore casu omnino sunt Iudices Ordinarij: quia Legge, & communis Statuum Imperij placito, Iurisdictionem habent. U Cluj / Central University Library Cluj

77 Nam Statibus Imperij, ordine quodam, omnium Imperialis Camera causarum visitatio & revisio, ab ordinatione Imperij data est atq. concessa sec. ord. Cam. p. 1. tit. 50. p. 2. tit. vl. & p. 3. tit. 53.

78 Ex quo singuli Status principi aliter & suo Iure, ex ipsa scilicet ordinatione Imperij, ordinariam Iurisdictionem sunt adepti arg. l. more s. cum l. seq. D. de iurisdictione.

79 At posteriore casu sunt Iudices delegati: quia Iurisdictionem non ab ordinatione & à Statibus Imperij datam: sed à suis Dominis, quibus jus visitandi & revidendi incumbit, demandatam habent.

80 Non enim propria aliqua iurisdictione, sed vicaria utantur quia non suo jure, sed beneficio suorum Dominorum iurisdictionem habent arg. l. 1. §. 1. D. de offic. eius cui mand.

mand. est iurisd. & d.l. more s. cum l. seq. D. de iurisd. Hac de Iudicibus Camera ordinarijs.

81 Delegati Camera Iudices sunt qui ex commissione aliqua cognitionem causarum suscipiunt.

82 Huius generis sunt Consiliarij Reuisores: item Commissarij Casaris, & Commissarij ordinationis.

83 Consiliarij Reuisores sunt Iudices delegati, ab Imperatore & Statibus Imperij ad reuidentia Camera acta constituti sec. ord. Cam. p. 3. tit. 53. in pr.

84 Commissarij Casaris sunt Iudices ab Imperatore delegati, ut vel amice causas controuersas componant, vel de ijs ordine juris cognoscant & pronuncient, Gail. lib. obseruat. 1. obs. 35.

85 Commissarij vero ordinationis sunt Iudices Delegati, ad nominationem actoris a reo electi, ut de causa inter ipsos controuersa iudicent.

86 Hi iccirco Delegati dicuntur: quia non ab ordinatione Imperij, sed a Statibus iurisdictionem suam consequuntur, ut apparet ex ordin. Camera p. 2. tit. 2. 3. 4. & 5.

QVIS IUDICEM CONSTITVERE ET dare possit. Cap. IV.

87 Cognita definitione & diuisione Iudicis, deinceps eius causas persequemur: quia is demum vere rem aliquam scire dicitur, qui eius causas cognouit. Et quidem primo causam efficientem considerabimus.

88 Iudex autem vel accipitur pro eo qui iurisdictionem, vel pro eo qui notionem habet.

89 Priori modo Iudex vel Principalem iurisdictionem habet, vel non principalem.

90 Si principalem habet, causa efficiens illius est Populus, vel Princeps: quia uterq; Jurisdictionem tribuit

91 Iure enim veteri Magistratum creatio, & jurisdictionis datio, fuit penes Populum: quia hic jus ferendarum legum, & creandorum Magistratum antiquitus habuit, testib. Polyb. lib. 6. & Halicarnas. lib. 4. & 7.

92 Vbi verò lege Regia Populus omne jus suum in Principem transtulit l. 1. D. de constit. Princ. ex eo tempore Magistratum creatio, & jurisdictionis datio penes Principem esse cepit. Hodie enim ad huius curam Magistratum creatio pertinere dicitur l. 1. in pr. D. ad L. Iul. de amb. Hac de causa efficiente Iudicis, qui principalem jurisdictionem habet.

93 Non principalis Jurisdictio vel est mandata, vel prorogata. Mandatam Jurisdictionem si Iudex habet, eius causa efficiens est Magistratus: quia dum hic Jurisdictionem suam alteri mandat, eo ipso eum Iudicem constituit.

94 Hoc enim modo ei cognoscendi & judicandi potestatem tribuit l. more §. ubi no. D. de Jurisdic.

95 At si Iudex non principalem prorogatam jurisdictionem habet, eius causa efficiens est consensus litigantium, & aditio Iudicis: quia hisce duobus interuenientibus Iudex prorogatus constituitur l. si conuenerit 18. D. de Jurisdic. l. 1. & 2. D. de iudic. & l. 1. C. de Jurisdic. Et hac de causa efficiente Iudicis, qui Jurisdictionem habet.

96 Quod si verò Iudex tantum notionem habet, tum eius causa efficiens vel est remota, vel propinqua.

97 Remota est Lex, vel Constitutio, vel Senatusconsultum, vel mos maiorum: quia ab his Iudicis dandi potestas proficiscitur l. cum Prator 12. §. 1. D. de iudic. & consequenter lex,

ter lex, vel constitutio, vel senatusconsultum, vel mos maiorum Iudicem datum constituit.

98 Et quidem lege hac potestas competit Proconsuli, & eius legato d. l. cum Prator. §. 1.

99 At constitutione hac potestas tributa videtur Procuratori Caesaris. Hic enim in causis fiscalibus, non etiam inter priuatos, Iudicem dare potest l. ex consensu 23. §. 1. D. de appellat. & l. 1. C. de pedan. Iud.

100 More deniq; maiorum hac potestas competit Magistratibus urbanis, ut Praefecto urbi & reliquis d. l. cum Prator 12. §. 1. D. de iudic. Hac de causa remota.

101 Propinqua efficiens causa Iudicis, qui tantum notionem habet, esse videtur Iurisdictio illius, qui Iudicem constituit: quia sola lex non facit Iudicem: sed adhuc Iurisdictionem accedere oportet. Iurisdictio enim etiam est Iudicis dandi licentia l. 3. D. de iurisdict.

102 Vnde ubi est Iurisdictio, ibi simul adest Iudicis dandi potestas: quia hac potestas est Iurisdictionis d. l. 3.

103 Hac enim potestas sine Iurisdictione exerceri nequit: quia nemo Iudicem constituere potest nisi Magistratus, vel qui pro Magistratu habetur l. cum qui 13. D. de iurisdict. At nullus talis est sine Iurisdictione.

104 Et hanc Iurisdictionem alij suo iure, alij beneficio alieno habent.

105 Suo iure qui Iurisdictionem habent, sunt Magistratus.

106 Et hi vel sunt urbani, vel prouinciales.

107 Urbani proprie dicuntur Magistratus: inde dicti, quod quidam veluti populi Magistri sunt no. Govean. in d. l. cum qui 13. D. de iurisdict.

108 De his Paulus generaliter scribit, eos Iudices dare posse d. l. cum Prator §. 1.

109 In specie verò idem affirmatur de Consule in l. 1. §. huius D. de appellatione de Praefecto urbi in l. ult. D. de offic. Praefect. urbi. & de Praefecto Praetorio l. 1. D. Quis & a quo appell. Haec de Magistratibus urbanis.

110 Provinciales Magistratus, proprie non Magistratus, sed potestates vocantur d. l. cum qui D. de iurisd. At quia non minus, ac urbanis Magistratibus iurisdictionis tributa est, non immerito quoque pro Magistratibus habentur.

111 Huius generis sunt Proprator, Proconsul, & qui Provincias regunt d. l. cum qui, veluti Legati Caesaris, Correctores, & Praefecti Augustales.

112 De his idem, quod de urbanis Magistratibus affirmamus, eos nimirum iudices dare posse d. l. cum qui, quia quaecumque partes sunt eorum Magistratuum, qui Roma jus dicunt, eas Proconsulibus omnibusque Praesidibus & Correctoribus Provinciarum esse tributas Marcianus & Proculus in l. omnia cum l. seq. D. de offic. Praef. affirmant: & quia iudicis datio, vi Imperii competere dicitur d. l. cum Praetor §. 1.

113 Hi autem Magistratus Iurisdictionem habent: ergo etiam habent imperium, quod iurisdictioni cohaeret, vel inest l. 1. §. vl. D. de offic. eius cui mand. est iurisd. & l. 3. D. de iurisd. & sine quo iurisdictionis nulla est ac lusoria l. vl. D. de offic. eius cui mand. Et haec de iis qui suo iure iurisdictionem habent.

114 Alieno beneficio iurisdictionem habere dicuntur illi, qui mandatum acceperunt d. l. more. D. de iurisdic.

115 Hi enim verè beneficium consecuti sunt: quia Magistratus non cogitur iurisdictionem cuique mandare: sed id ex libera voluntate facere, vel non facere potest l. solent §. 1. D. de off. Procons. no. Goucan, in d. l. more in f.

116 Et hi quoque Iudices dare possunt d. l. cum Prætor. 1.  
§. 1. D. de iudic. quia Iurisdictionem, & consequenter  
etiam imperium habent Non enim Iurisdictionis est sine  
imperio l. ult. D. de offic. eius cui mand. est iurisdic. &  
l. 3. D. de iurisdic. & dicemus infra in tractatu de Iurisdictione.

117 Nec mouere nos debet quod Paulus in l. vl. D. de off.  
eius cui mand. est Iurisd. scripsit, Mandatam sibi iurisdictionem alteri mandari non posse manifestum esse.

118 Et si enim ex hoc loco Accursius & Accursiani affirmarunt, Eum qui iurisdictionem mandatam habet, iudicem dare non posse: tamen fides illis non est adhibenda: quia in eo lapsi sunt, quod inter mandare iurisdictionem, & dare, vel delegare iudicem, non distinxerunt: inter que tamen multiplex est discrimen ut ostendemus infra in tract. de Iurisd.

119 Non etiam nos turbare debet, quod Ulpian. in l. eum qui 13. in pr. D. de iurisdic. Eum qui iudicare iubet Magistratum esse debere respondit. Eum autem qui mandatam Iurisdictionem habet ratione huius non esse magistratum: quia non habeat Iurisdictionem suo iure. Et propterea tales non posse iudicare iubere, vel iudicem dare.

120 Dicimus enim hunc quidem, ratione honoris, & proprie iurisdictionis, non esse Magistratum: quia iurisdictionem suo, & proprio iure non habet: at non male pro Magistratu haberi: quia vice veri Magistratus fungitur, eiusque imperio utitur l. 3. D. off. eius cui mand. est iurisd. & l. solet 16. D. de Iurisd.

21 Quod si autem, ut iam probatum, Iudicem nemo dare potest, nisi qui Iurisdictionem habet: ex eo sequitur, nec priuatum, nec Iudicem datum, potestatem dandi Iudicis habere.

122 Priuatus hanc potestatem non habet: quia hac potestas lege & vi imperij atq; iurisdictionis competit d. l. cum Prator 12. §. 1. D. de iudic. & l. 3. D. de iurisd.

123 At nulla lege hac potestas priuatis est concessa: quia nulla talis lex reperitur.

124 Non etiam vi imperij atq; iurisdictionis competit: quia priuatorum nullum est imperium, nullaq; iurdictio.

125 Vnde in l. 3. C. de iurisd. constitutum legimus, Priuatorum consensum iudicem non facere cum, qui nulli preest iudicio: nec quod is statuit, rei iudicatae continere auctoritatem d. l. 3. & concord. l. pe. D. de iudic. & d. l. ex consensu 23. §. 1. D. de appellation.

126 Nec l. 2. C. comm. vtriusq; iud. repugnat: quia in hac lege consensus litigatorum rei iudicatae auctoritatem non tribuit: sed tantum Iudicis inutiliter dati factam diuisionem confirmat.

127 Quomodo? Non iure sententiae: sed iure conuentionis, quae traditionem secuta, actionem parit l. si diuisionem 15. C. famil. hercisc. Hac de priuato.

128 Iudex datus pari ratione non habet potestatem alterius Iudicis dandi d. l. à iudice. 5. C. de Iudic. quia nulla lege hac potestas illi concessa reperitur: & quia iudiciario tantum munere fungitur d. l. à iudice.

129 Iudici enim dato tantum iudicandi, non etiam iuris discendi munus tributum est: quia tantum causa notio nem, non etiam iurisdictionem habet. d. l. ait Prator 5. & d. l. à Diuo Pio 15. D. de re iudic.



130 Et propterea cum iudicis dandi licentia vi iurisdictionis & imperij competat d. l. 3. D. de iurisdic. & d. l. cum Prator. 12. §. 1. D. de iudic. inde satis apparet, iudicem datum, alium iudicem dare non posse.

131 Excipitur Iudex à Principe datus. Hic enim alium Iudicem dare potest d. l. à iudice.

132 Cur potest? Quia iurisdictionem habet, & pro Magistratu habetur iux. Non. 60.

133 Unde etiam, tanquam Magistratus, assumit sibi Comes & Assessores. d. No. 60. & apparitionem propriam l. pe. C. de fruct. & lit. expens.

134 Imò hic vice Principis fungi & iudicare dicitur. l. 3. C. si adversus rem iud. l. 3. C. ubi Senat. ag. & l. ult. C. de modo mult.

135 Ex quo rectè Accurs. in d. l. à Diva Pio, infert, Iudicem à Principe datum etiam iudicati executionem habere.

## DE IUDICIO CAMERAE.

136 Iudicij Camerae Iudices praecedenti cap. diximus esse vel Ordinarios, vel delegatos. Ordinarios rursus esse Camerae Pratores, Assessores, Visitatores, & Revisores.

137 Iam Ordinariorum iudicium alia efficiens causa est remota, alia propinqua.

138 Remota est ordinatio totius Imperij, quae horum constitutionem & electionem certis personis, ut Imperatori, & Statibus Imperij concessit.

139 At in Assessoribus adhuc alia remota efficiens causa esse videtur, nempe Imperatoris & Statuum Imperij Nominatio & Presentatio.

140 Ab Imperatore enim & Statibus Imperij Iudicio Camera certa persona nominantur & presentantur: quae postea per pensis omnibus circumstantijs, à Iudicio Camerae vel recipiuntur & eliguntur: vel reijciuntur.

141 Hoc autem casu quo nominati & presentati in Assessores eliguntur, non immeritò nominatio & presentatio illorum remota efficiens causa dicitur: quia, etsi non principem, alioquam tamen efficiendi vim habent.

142 Et ita Assessores vel ab Imperatore: vel à Statibus Imperij nominantur & presentantur.

143 Imperator prater Camerae Praetoris, & trium Comitum vel Baronum constitutionem seu electionem, adhuc duorum Assessorum nominationem atq; presentationem habet sec. ordin. Cam. p. 1. tit. 1.

144 Et licet ordinatio Camerae velit hos Assessores esse nobiles: id tamen non observari tradit Cysner. d. p. 1. tit. 1. in margin. & probat Catalogus Assessorum Camerae.

145 At Imperij Status olim in Electores, & sex Germaniae tractus distincti fuerunt sec. ordin. Cam. p. 1. tit. 2. At hodie in Electores, & tractus octo distinguuntur, juxta constitut. Imperij Anni 70.

146 Electores vel sunt Ecclesiastici, vel Politici. Et hi omnes decem Assessores nominare atq; presentare possunt sec. ordin. Cam. p. 1. tit. 1. & 2. item Constitutionem Imperij anni 70.

147 Inter octo autem Germania tractus, primus complectitur Bambergam, VVirtzburgum, Aystetum, Marchionem Brandenburgicum Anspacensem, Burggrauium Noricum, item Comites, Barones, & Ciuitates in hoc tractu.

148 Alter tractus continet Archiepiscopatum Salisburgensem, Frisingensem, Ratisbonensem, Passauensem & Ducatum Bauaria.

149 Tertius tractus comprehendit Constantiam, Augustam Vindelicorum, Episcopatum Curiensem, Ducatum Wirtembergensem, & Marchionem Badensem.

150 In quarto tractu continetur VVormatia, Spira, Argentina, Basilea, Abbas Fuldensis, Philippus Ludouicus Palatinus, & fratres, Duces Bauaria, Lotharingia, VVestrichia, Hassia, & VVedorauia.

151 In quinto tractu sunt Padeborna, Leodium, Verdunum, Monasterium, Dux Iuliacensis, Cluensis, Bergensis, & Geldrensis, Comites a Nassau, Salm, Fyrnberg, inferior Isenburgia, & infer or tractus ad Mosam vsq. & ultra.

BCU Cluj Central University Library Cluj

152 In sexto tractu numerantur Ducatus Saxonia, Marchiones Brandenburgenses, Brunsvigum, Thuringia, Meagalopyrgum, Stetinum, Pomerania, Magdeburgum, Brema, Hildesheimium, Halberstadium, Merseburgum, Neburgum, Lubecum, & Hanelburgum.

153 Et ex his sex tractibus quilibet serè quatuor Assessores, duos ex equestri, & duos ex non equestri ordinis viris, nominare ac presentare potest.

154 In septimo autem & octauo tractu Austriaca & Burgundica continetur prouincia de quarum nominatione & presentatione habetur in d. constitutione imperij Anni 70. §. Nach dem aber & §. Wann aber.

155 Principes autem & Ciuitates que in iam dictis octo tractibus

tractibus comprehendantur, non omnes sunt in possessione presentandi: nec Prator Camera omnibus ac singulis scribere tenetur.

156 Nam in primo tractu tantum Episcopo VVirtzburgensi, Ayschbetensi, item Marchioni Brandenburgico scribitur. Aliquando tamen, sed varius, in literis precipitur, ut hoc ceteris significent.

157 In secundo tractu scribitur Archiepiscopo Salisburgensi, & Duci Bavariae.

158 In tertio tractu scribitur Episcopo Augustano, & Duci VVirttembergico.

159 In quarto scribitur Episcopo & Ciuitati Argentinen-  
si, Abbati Fuldensi, & Duci Lotharingia.

160 In quinto scribitur Episcopo Monasteriensi & rursum Abbati Fuldensi.

161 In sexto tractu scribitur Primati Magdenburgensi, & Duci Saxoniae.

162 In septimo verò & octauo tractu scribitur illis, qui sunt de domo Austriaca, & qui provincias illas possident atq; gubernant. Et haec de remota efficiente causa.

163 Propinqua efficiens causa ordinariorū Iudicium sunt Imperator, Status Imperij, & Iudicium Camera.

164 Imperator Camera Iudicem eligit atq; constituit sec. ordin. Cam. p. 1. tit. 1.

165 An solum Camera Iudicem constituit? Minimè: sed illi adhuc tres Comites vel Barones, adiungit, qui vices illius gerant d. p. 1. tit. 1. qui tamen pro Assessoribus habentur.

166 At reliquorum Assessorum propinqua efficiens causa est Iudicium Camera. Postquam enim Imperator, vel Status Imperij, Assessores iudicio Camera nominant atq;  
presen-

15  
presentarunt, Iudicium Camera, consideratis omnibus circumstantijs, hos vel eligit, vel reijcit.

167 Et quidem Imperator, vel quilibet Imperij Status loco vnus Assessoris iudicio Camera duos, vel tres nominare & presentare tenetur: vt ita optio atq; electio institui possit.

168 Quod si plures quàm tres nominantur & presentantur, Iudicium Camera duos tantum, vel tres ad examen admittere, & reliquos, tanquam ultra ordinationem nominatos, dimittere potest.

169 Ex his verò nominatis vnum aliquem Assessorem Camera iudicium constituit: & ita in illius constitutione principem efficiendi causam obtinet: & hac de causa propinqua Assessorum.

170 Visitatorum & Reuisorum Camera propinqua efficiens causa sunt Imperator, & Status Imperij.

171 Hi enim partim ab Imperatore, & partim à Statibus Imperij quotannis constitui solent, sec. ordin. Cam. p. 1. tit. 50. & p. 3. tit. 53. Et hæc de causa efficiente ordinariorum iudicium.

172 Delegatos Camera Iudices supra diximus esse Commissarios Cesaris, Consiliarios Reuisores, & Commissarios ordinationis.

173 Iam Commissariorum Cesaris efficiens causa solus est Imperator. Hi enim à solo Imperatore constituuntur.

174 Qua de causa etiã Commissarij Cesaris appellantur.

175 At Consiliariorum Reuisorum causa efficiens duplex est: remota, & propinqua.

176 Remota causa est ordinatio totius Imperij. Hac enim Consiliarios Reuisores, certo modo introduxit d. p. 3. tit. 53.

177 At propinqua efficiens causa sunt Imperator &

*Imperij Status. Ab his enim Consiliarij Reuisores ad reu-*

*denda Camera acta constituuntur d. p. 3. tit. 53. in pr.*

178 *Tandem Commissariorum ordinationis similiter a*  
*lia efficiens causa remota est, alia propinqua.*

179 *Remota causa est ordinatio Imperij, & actor.*

180 *Ordinatio Imperij: quia haec constituit, ut ab acto-*  
*re certa persona nominari, & a reo eligi possint sec. ordin.*  
*Cam. p. 2. tit. 2.*

181 *Qua de causa Commissarij ordinationis vocantur.*


182 *At actor propinqua efficiens causa est: quia ex per-*  
*sonis nominatis unum eligere, & ita eum Commissarium*  
*constituere potest.*

**QVI IUDICES DARI POSSINT VEL  
non possint. Caput. V.**

183 *Non satis est scire, quis Iudicem constituere & dare*  
*possit, vel non possit: nisi quoq; subiectum Iudicis, quis ni-*  
*mirum recte constituatur, ac detur, cognitum habeamus:*  
*quia constitutio & datio Iudicis nullius esset momenti, nisi*  
*is constitueretur & daretur, qui jure constitui atq; dari*  
*potest: de quo hoc capite agemus.*

184 *Iudices autem (sive Magistratus sint, sine non sint)*  
*dari possunt omnes, qui non prohibentur l. cum Praetor 12.*  
*§. non autem D. de iudic. Nec refert an patresfamilias sint,*  
*an filijfamilias d. l. cum praetor §. ult. l. in priuatis 77. D.*  
*de iudic. & l. quidam 57. D. de re iudic.*

185 *Itaq; enumeratis ijs qui iudices constitui ac dari*  
*prohi-*



prohibentur, constabit è diverso, qui constitui atq. dari possunt. Nam hoc ipso quod non prohibentur, admissi videntur l. mutus 43. D. de procurat. l. 3. D. de colleg. & corp. & c. cum consulisti 2. q. 4.

186 Prohibentur autem jus dicere & iudicare quidam natura, quidam lege, quidam moribus. d. l. cum Prætor 12. §. non autem omnes D. de iudic.

187 Natura prohibentur alij, qui iudicio carent, alij qui iudicio uti non possunt.


188 Iudicio carent furiosi. Hi enim dicuntur, qui in continua alienatione mentis versantur, & omni intellectu destituuntur l. Divius 14. D. de offic. Præsid. & l. pen. C. de curat. fur.

189 Vnde hi Iudices dari non possunt d. l. cum Prætor §. non autem omnes: quia Iudicis officium vel præcipuè mentis discretionem requirit. Hi autem mentis discretionem carent.

190 Qua de causa furiosus à nostris Iuriconsultis ignorant, dormienti, & vitioso comparatur in l. Julianus 4. D. de duort. l. 1 §. sed si furiosus D. de acq. vel amitt. poss. l. 1 §. interdum & l. 4. D. de edil. edic.

191 Aliud in eo furioso, tam de Iure Pontificio, quam Civili, est constitutum, qui dilucida intervalla habet. Hic enim Iudex dari, & ita iudicare potest c. ij qui 32. q. 7. l. cum furiosus 30. D. de iudic. & l. patre furioso 8. D. de ijs qui sui vel alieni iur. sumt.

192 Verùm hæc sententia non videtur carere periculo. Nam negocia, ad iudicandum proposita, sæpè, præter expectationem, iram, seu breuem furorè, in sanis mouent: Ergò longe



longè magis ijs, qui jam antè furere ceperant, at rursus de-  
suerant, latentem furorem excitare possunt.

193 Nihil autem periculosius est in Republica, quàm im-  
probos, vel insanos habere Iudices, ex AEschinis sententia.

194 Itaq; tutius videtur, eos, qui aliquando furore cor-  
repti fuerunt, à iudicandi munere arceri: nisi apertè, in-  
dubitatè, & firmiter constet, ad veram mentis sanitatem  
eos rediisse: Et hæc de ijs qui iudicio carent.

195 Iudicio uti non possunt alij ob defectum ætatis, alij  
verò ob vitium aliquod corporis.

196 Ob defectum ætatis iudicio uti nequeunt impuberes:  
quia maturo & perfectò iudicio carent. Natura enim sunt  
insej, leues, ad omnes affectus proni, inconsiderati, & re-  
rum inexpertes.

197 **B**Ex quo Paulus eos iudices dari posse negat in d. l.  
cum Prætor §. non autem omnes D. de iudic. Rectè. Quo-  
modo enim de aliorum negotijs iudicarent, qui suis prospic-  
cere nequeunt?

198 Ex quo etiam constitutum legimus, ne impuberes  
publica munera capessere possent: nisi magna sit hominum  
penuria l. 2. §. vl. D. de iure immunit.

199 Econtra verò sequi dicit Goueanus, puberem h. e.  
eum qui 14. annum compleuit, non impediri, quo minus  
iudex esse possit, ut affirmat in l. 2. cir. fin. D. de iurisd.

200 Nos aliud in iudice dato, & aliud in Magistratu in-  
re constitutum dicimus.

201 Et quidem in Iudice dato probamus quod lib. 7.  
βασιλικῶν tit. 5. scriptum extat. Minorem 25. annis lu-  
d cem dari non posse, ut no, Cuiac, l. 1. C. Qui ætat. se  
excus. lib. 10.



202 Et si enim in pubere minore 25. annis maius est iudicium, quam in impubere: non tamen est tantum, ut ei rerum controuersarum dijudicationem facile possis committere: quia in hac prudentia, & firmum iudicium requiruntur: qua in minore 25. annis non reperiuntur l. 1. D. de minorib. 25. ann.

203 Hoc autē ita intelligimus, ut minor neg. inuitus cogi iudicare, nec etiam si iudicare inuitis & recusantibus litigatoribus velit, id possit.

204 Quod si tamen minor 25. annis, qui decimum octauum annum excessit, non recusantibus litigatoribus vltro causa notionem suscepit, & ita sententiam tulit, cum Vlpiano equissimum esse asserimus. sententiam tueri d. l. quidam 57. D. de re iud.

205 Cur hoc? Tum propter consensum litigatorum: tum etiam propter auctoritatem eius qui iudicem dedit: tum deniq; quod haec etas etiam iuris & legum perita esse possit. sec. Donell. Comment. Iur. Civ. c. 24.

206 Non idem in minore 25. annis, in Magistratum electo statuimus. Huius enim Iurisdictio improbari nequit: valetq; sententia ab eo prolata d. l. quidam, quia Princeps qui ei Magistratum dedit, omnia cum gerere decreuit, & ita personam eius legitimam fecit d. l. quidam: Et haec de ijs qui ob defectum etatis Iudices fieri non possunt.

207 Ob vitium aliquod corporis iudicio bene vti nequeunt, surdi & muti.

208 Surdi hic dicuntur, qui nihil penitus, vel difficulter exaudiunt l. 3. §. surdis D. ad Senat. Syllan. Hi Iudices dari non possunt d. l. cum autem §. non autem omnes: quia ob surditatem iudicio, ad iudicis officium necessario, fungi non possunt.

309 Iudex enim ordinare debet iudicium, & interdum litigatores interrogare l. iudices 9. D. de iudic. to. tit. D. de interrogation. in iure fac. & c. iudicantem 30. q. 5. id quod surdus iudex prestare nequit.

210 Muti hic vocantur, non qui ἀνοήτοι, seu obscure, sed qui ἀνοήτοι, h. e. sine significatione loquitur l. mutum 9. D. de edil. edict. & §. nam & mutus Inst. Quib. mod. non est permitt. fac. test.

211 Hi iudices dari prohibentur d. l. cum autem §. non autem omnes: quia ob impeditam linguam iudicio, ad iudicis officium necessario, similiter uti non possunt d. §. non autem.

212 In iudicijs enim sæpè interrogationes fieri expedit d. l. iudices C. de iudic. & to. tit. D. de interrog. in iure faciend. & plura sunt qua de plano & summarie definire oportet, & de quibus est interloquendum Nou. §2. in pr. & to. tit. C. de interlocutionib. omn. iud. qua omnia iudex mutus prestare nequit.

213 His nonnulli cæcum (cum distinctione tamen) adijciunt. Hunc enim iudicem dari posse negant: at semel datum non impediri volunt, quo minus iudex permaneat.

214 Nos indistinctè cæcum iure civili Iudicem dari posse dicimus: at non Magistratum.

215 Iudex dari, & ita iudicis officio fungi potest, id asserente Vlpiano in l. cæcus 6. D. de iudic. & l. 1. §. casum D. de postul., quia in iudice dato bonum iudicium sufficit, quod in cæco esse potest.

216 Etsi enim oculis corporis captus sit: tamen mentis oculis, quid æquum, quidue iniquum in qua causa sit, videre potest: quia mentis, non corporis cæcitas animi iudicium

dicium impedire solet: ut est furor: quem ea de causa Cicero mentis ad omnia cæcitatem appellat.

217 Et certè qui visu destituuntur, illi multis affectibus, & ita multis improbis consultoribus carent: & mentis oculos, ad causarum veritatem & æquitatem inquirendam, melius & acutius intendere possunt.

218 Qua de causa ex Philosophis quosdam ultrò se visu priuasse, & Arcopagitarum iudicium noctu tantum celebratum fuisse, legimus.

219 Non autem iure Ciuili cæcus in Magistratum eligi, at iam ceptum retinere potest l. 1. §. secundo loco D. de postulando.

220 Cur non eligi potest? Quia in Magistratu non tantum bonum iudicium, sed etiam decus corporis & auctoritas requiruntur no. Dnaren. lib. 1. disput. c. 23.

221 Vnde Pèrsa, teste Procopio, ne luscum quidem ad Principatum admisserunt.

222 Nos autem putamus, si cæcus literatus sit, & iudicio morumq; integritate splendeat, quod in Magistratum non male eligatur. Non enim decus & auctoritas Magistratus in oculis corporis, sed in oculis mentis consistit: Hæc de ijs qui natura Iudices esse non possunt.

223 Lege iudices dari prohibentur alij ratione suspitionis: alij extra suspitionem alij de causis.

224 Ratione suspitionis prohibentur primò pauperes, & qui de suo viuere non possunt l. rescripto 6. D. de muner. & honor. Metuunt enim leges ne inopes iudices, depradandi occasionem ex officio sumant.

225 Vnde factum videtur, quod apud Romanos olim ex plebe nullus Magistratus creatus fuit: & quod olim

ex equestri ordine illi iudices electi fuerint, quorum census erat quingenta sestertia sec. Dion Halicarnas. lib. 4. & Plin. lib. 33. c. 2.

226 Verum hanc prohibitionem in ijs admittimus, qui non solum diuitijs, sed etiam virtutibus, & integritate vitæ carent:

227 Non etiam in ijs qui bono iudicio, morum integritate, & fide sunt conspicui. In prioribus enim suspicioni locus est: non item in posterioribus.

228 Itaq; melius esse dicimus inquirere, cuius vita, eruditionis, existimationis & fidei sit iudex: quam cuius sit patrimonij. l. non omnes. in pr. D. de re mil. l. nemini licere 11. C. de aduoc. diue. iudicior. & c. significasti, de homicid.

229 Deinde ratione suspicionis dari iudex prohibetur, qui ab altera parte nominatum fuit petitus. l. obseruandum 47. D. de iudic. Subest enim probabilis suspitio, quod id ex composito fiat.

230 Ex quo D. Hadrianus hoc iniqui exempli esse, rescripsit, nec concedi, nisi Princeps de ea re compellatus id specialiter promittat d. l. obseruandum.

231 Id autem tum facit, si eius, qui petitus est iudex, dignatio & auctoritas repugnant d. l. obseruandum.

232 Tertio ratione suspicionis nemo in propria causa iudex dari potest l. vn. C. ne quis in sua cau. iud. quia est metuendum, ne propriam magis utilitatem, quam iustitiam promoueat.

233 Qua de causa si litigatores delegatum iudicem iniuria afficiunt, non ipse in eos animaduertet, sed superiori plectendos relinquet vt Specul. affirmat arg. c. dilectus filius, de pæn. & ibi no. DD.

234 Aliud esse dicitur in Magistratu. Hic enim si publice contumelia afficitur, iniuriantem punire potest: quia non in sua causa iudicat: sed juris poenam, ratione iurisdictionis, cui praest, exequitur ut no. Fridericus Schenck in progymnasmatibus c. 1. circa finem: Hac de ijs qui ratione suspicionis Iudices dari prohibentur.

235 Extra suspicionem, alijs de causis iudices dari prohibentur, alij ratione decori, alij vero ratione imperitiae.

236 Ratione decori prohibentur Sacerdotes, & ob ignominiam Senatu moti.

237 Sacerdotes Iudices dari non possunt: quia contra decorum est, Sacerdotes, qui Ecclesia inservire debent, in foro dijudicandis civilibus controuersijs occupari.

238 Absurdum enim est si promitcus actibus rerum turbentur officia. & alij creditum alius tubirahat, ait Imp. Justin. in l. consulta Diuina 23. C. de testament.

239 Imò opprobrium est Sacerdotibus, si peritos se velint disceptationum forensium ostendere d. l. consulta Diuina.

240 Vnde arbiter datus, Sacerdotio obueniens, ut sententiam dicat cogi nequit. Hoc enim non tantum honori personarum, sed & maiestati DEI indulgetur, cuius sacris vacare Sacerdotes oportet, ait Paulus in l. non distinguemus 22. §. Sacerdotio D. de recept. & qui arbit. recep.

241 Hac autem prohibitio tantum in causis secularibus locum habet. Nam in causis Ecclesiasticis quin Sacerdotes Iudices dari, & jus dicere possint, non negamus l. nulli 28. §. quod si in vico C. de Episc. & Cler.

242 Ob ignominiam senatu moti Iudices dari prohibentur l. cum Praetor 12. §. pen. D. de iudic. quia cum ob igno-

miniam Senatu moti sint : indigni videntur , quibus aliud ,  
& præcipue iudicandi munus committatur.

243 Non idem obtinet , si iterum sint restituti , vel si tem-  
pus condemnationis lapsum sit l. 3. §. Imperator D. de Decu-  
rion. l. 1. & l. 2. C. de ijs qui in exil. dati vel ab ord. mo. lib. 10.

244 Sic etiam non idem obtinet , si absq; ignominia ex  
Senatu moti sint : vt accidit cum numerus Senatus , Princi-  
pum indulgentia nimium auctus , rursus diminutus fuit te-  
ste Sueton. Tranquill. in Octau. c. 35. Tum enim Iudices dari  
nulla lege sunt prohibiti.

245 Cum autem Iure Cruli ille tantum expresse Iudex da-  
ri prohibeatur , qui Senatu motus est , & non alius : ex eo  
quidam inferunt , Iudicem delegatum , ea de causa repelli  
non posse , quod homicidia sit , vel alio crimine notatus : quia  
hoc nulla lege reperitur cautum vt no. Innocen. & Panorm.  
in c. seiscitatus , de rescripti.

246 Nos hanc sententiam probabilem quidem , at minus  
piam & honestam esse dicimus.

247 Probabilis est : quia nulla lege , vt jam dictum , con-  
trarium est constitutum , & quia Iudex datus in nulla est  
dignitate. Non enim ratione officij vel illustris est , vel per-  
fectissimus , vel clarissimus , vel spectabilis. Itaq; non videtur  
absurdum , si iudicandi munus etiam infami committatur.

248 At minus pia & honesta est : quia iudicandi mu-  
nus est sacratissimum : & quia Iudex in mundo DEI vi-  
carius est. Ex DEI enim mandato cuiq; iustitiam admi-  
nistrare tenetur.

249 Et propterea minus pium & honestum est , ijs hoc  
munus committi , qui turpitudine & inhonestate vitæ la-  
borant.

250 Ad Magistratus verò quod attinet superior senten-  
tia

tia planè falsa est: quia infamibus, vel ijs, quos scelus, vel vitæ turpitude inquinat, portæ dignitatum patere non debent l. 2. C. de dignitat. lib. 12. l. 3. C. de iure mil. lib. 12. l. 1. C. de infamib. lib. 10 facit l. sancimus 6. C. ad L. Iul. repet. Hac de ijs quiratione decori prohibentur.

251 Ratione imperitiæ Iudices dari prohibentur legum imperiti, & qui experientia rerum destituuntur Nou. 82. c. 1. & c. statuimus 61. distinct. quia Iudex per se, & non per vicarium, item secundum leges & consuetudines, non ex affectu & arbitrio suo, iudicare debet l. nemo 13. C. de interloc. om. Iud. §. 1. Inst. de off. Iud. & c. Iudices 3. q. 7.

252 Ex quo Augustinus lib. 19. de ciu. DE IC. 6. Ignorantiam Iudicis calamitatem innocentis esse dicit. Et Terent. in Adelph. Homine imperito nihil quicquam iniustius esse, affirmat. Central University Library Cluj

253 Non autem simpliciter omnes legum imperitos Iudices dari posse negamus: quia legum imperitis illarum causarum cognitionem permittimus, quarum ipsi peritiam habent. Non enim in omnibus causis legum peritia requiritur: sed in quibusdã experientia, cum bono iudicio sufficit.

254 Hinc videmus militibus de re militari, & artificibus de rebus artificij sui iudicandi potestatem jure concessam esse l. magisteria 6. C. de iurisd. om. Iud. l. pe. C. de iudic. l. ult. C. de re mil. lib. 12. & l. vl. C. d. tit. de iurisd. om. Iud. vbi no. DD.

255 Ex quibus illa questio decidi potest, An mercatores Iudices esse possint?

256 Et ex jam dictis statuendum, eos de ijs tantum iudicare posse, quorum peritiam habent, non etiam de alijs d. l. ult. C. de iurisd. dict.

257 Verum hodie non simpliciter tantum causa mercatoribus dijudicanda committuntur: sed ipsi adhuc ad Rerumpub gubernacula, & ad omnem dignitatem euehuntur, contra iam dicta, & contra l. 3. C. de commerc. & mercator. l. ne quis ex ultimis negotiatoribus 6. C. de dignitatib. lib. 12. & l. si cohortalis 12. §. ult. C. de cohortalib. & Principib. cornicularijs & Primipilarib. lib. 12. Hæc de ijs qui lege Iudices dari prohibentur.

258 Tandem moribus Iudices dari prohibentur serui atq; mulieres d. l. cum Prator §. non autem D. de iudic. & l. non distinguemus 32. §. si seruus D. de recept. & qui arb. recep.

259 Serui prohibentur d. l. cum Prator §. non autem non quia Iudicium nō habent: sed quia receptum est vt ciuil. bus officijs non fungantur ait Paul. in d. §. non autem Habentur enim ad ius ciuile quod attinet, pro moribus & pro nullis l. intercidit 59. in f. D. de condit. & demonstrat. & l. quod attinet 32. D. de R. I. Et omnino graue videtur ingenuorum hominum vitam ac fortunam a tam vilibus mancipijs pendere, qui iure ciuili ne quidem inter homines numerantur sec. Vlp in fragment. tit. de acq. rer. dom.

260 Ex quo apud Athenienses tantum legimus, ne de libero homine ex solo iudicio serui, & non nisi ex euidentissimis probationibus sententia ferretur, vt asserit Thucid. lib. 1. & AEmil. Prob. in Themistio & Pausania.

261 Hodiè verò, quia seruitus antiqua ab vsu recessit, non est insolens, seruos nostros Iudices dari: quia cause prohibitionis in his cessant. Nostri enim serui, nomine tantum sunt serui: at re ipsa sunt, & nascuntur ingenui.

262 Mulieres quoq; Iudices dari prohibentur, d. l.



cum Prator §. non autem l. 2. D. de R. l. & c. mulierem 33. q. 5. non quia iudicio carent: sed quia receptum est, ut ciuilibus officijs non fungantur ait Paulus in d. §. non autem.

263 Et hoc partim ob ipsas mulieres, & partim propter alios est receptum.

264 Propter mulieres quia contra illarum est pudicitiam consortijs virorum interesse: & quia illaudatum est, sexus muliebris pudorem ita perfricari, ut virilia faciant.

265 At propter alios hoc est receptum: quia mulieres non ijs præditæ sunt dotibus, quæ in iudice requiruntur. Iudicem enim oportet esse circumspectum, prudentem, constantem & inflexibilem l. obseruandum 19. D. de off. Præs. & l. perspicendam 11. D. de pen. Mulieres autem sunt improuide, fallaciae exposita, nimium credulae, & inconstantes l. 2. §. pen. D. ad Senat. Velleian. l. si mulier 22. C. eodem & c. ex parte, de priuileg.

266 Imò mulieres tenaces sunt & anara, quo vitio nullum in iudice grauius est l. solent 6. §. ult. D. de off. Procons. & l. plebiscito 18. D. de off. Præs.

267 Ex quo Arnob. lib. 7. contra gentes, Est in mulieribus, ait, sexus fragilitas, quæ eas à muneribus excepit.

268 Ex quo etiam apparet, quid Menandrum mouerit, ut dixerit, μή ποτε λάτρετε γυναῖκα ius συμβολίας h. e. nunquam admitteris mulierem in consilium: quid itidem mouerit Imp. Iustinianum, quod vetuerit mulieres cuiusq. negotij arbitras constitui l. ult. C. de recep. arbitr. Et hac de iure ciuili.

DE IUDICIO CAMERAE.

269 In Iudicio Camera (vt ſ. c. precedenti monuimus)  
ſunt partim Ordinarij, & partim delegati Iudices.

270 Ex Ordinarijs Iudicibus primum locum habet Iudex  
ſeu Prætor Camera ſec. ord. Cam. p. 1. tit. 1.

271 Non autem quilibet ab Imperatore Iudex ſeu Præ-  
tor conſtitui poteſt: ſed in illius conſtitutione tria ſunt  
obſeruanda.

272 Primum eſt, vt Princeps aliquis eligatur ſec. ord.  
Cam. p. 1. tit. 1.

273 Cum enim Principalis dignitas in imperio maxima  
ſit, ex ea plurimum honoris & auctoritatis ad ſummum hoc  
iudicium redundare videtur.

274 Et hic vel eſt Politicus vel Eccleſiaſticus.

275 Politicus Princeps ſi idoneus reperitur, Eccleſiaſti-  
co eſt præferendus. Hic enim non niſi in defectum Poli-  
tici eligi poteſt d. p. 1. tit. 1.

276 Rectè. Cum enim in ſupremo hoc iudicio ſeculares  
præcipuè, & rariùs Eccleſiaſticae cauſæ tractentur: merito  
Politico Principi potiores partes tribuntur.

277 Quod ſi verò nec Politicus, nec Eccleſiaſticus idoneus  
Princeps reperitur, tum Comes vel Baro eligi poteſt: ita  
tamen vt tantum munus idoneè adminiſtrare poſſit d. p.  
1. tit. 1.

278 Alterum quod in conſtitutione Iudicis Camera obſer-  
uari debet, eſt, vt eligatur Germanus d. p. 1. tit. 1. Cum e-  
nim iudicium Camera in Germania, & propter Germanos  
præcipuè ſit inſtitutum, non immeritò illius Prætor ex nul-  
la alia, quàm Germana gente deſumitur.

279 Tertium verò eſt, vt eligatur Iudex idoneus d. p. 1.  
tit. 3.

tit. 3. in pr. Quia cum iudicium Camera supremum & vltimum sit in Imperio, à quo appellari alius Iudex non potest d. p. 1. tit. 3. merito illi non nisi idoneus Iudex praeficitur.

280 Illic autem tum idoneus erit, si in eo tria concurrunt: Primum est, si morum & consuetudinum Germania sit peritus: Alterum est, si intelligat qua ratione non solum ordo & processus iudiciarius dextrè sit dirigendus, sed etiam Litigantium cause promouenda d. p. 1. tit. 3. in pr. Tertium est, si ea auctoritate pollet, quem omnes huius Iudicij persone respiciant, obseruent, metuant, & cui omnes non grauatim obtemperent p. 1. tit. 3. circa fin. prin. Et hac de Iudice Camera.

281 Proximum ab hoc locum tenent Assesores, qui eius individui, quasi sunt comites.

282 Et hi quoq; simpliciter constitui non possunt: sed in illorum constitutione quinque sunt obseruanda: Primum est, vt ex legitimo toro sint nati sec. ord. Cam. p. 1. tit. 3. §. 1. Illegitimi enim sunt infames no. Bald. in l. 4. in pr. D. de lib. & post. quem ibi sequitur Alexand. At infamibus portæ dignitatum non patent l. 2. C. de dignitat. lib. 12. no. Mynsing. obs. Cent. 4. c. 31.

283 Et hac sententia Anno 56. mense Iulio etiam ad eum fuit extensa, cuius tantum pater ex illegitimo matrimonio procreatus fuit, plerisq; Assessoribus dissentientibus.

284 Alterum est, vt sint Germani d. p. 1. tit. 3. §. 1. quia hi suæ nationis consuetudines melius, quam exteri nosse intelliguntur.

285 Ex quo d. p. 1. tit. 4. §. pe. constitutum legitimus, vt

Assessores ex quolibet sumantur tractu, & ut ita originarij preferantur extraneis, de quo *Mynsing. obs. Cent. 4. c. 30.*

286 Ex quo etiam in hoc iudicio non nisi Germanica lingua est procedendum: adeo ut si litigatores hanc ignorent, per interpretem agere debeant *fac. no. Cyn. in Auth. offeratur q. 5. C. de litis contes.*

287 Unde Anno 58. contra Episcopum Verdunensem, processus Latini denegati, & in Germanica lingua decreti sunt.

288 Idem Anno 48. in Comitibus obtinuit, in causa Principis Ulrici Ducis Wirtenbergensis, contra Ferdinandum Romanorum Regem.

289 Excipiuntur, ut quibusdam placet, cause Flandricae & Holandicae. / Central University Library Cluj

290 Tertium est, ut vel Pontificiae, vel Augustanae sint confessionis, juxta *constit. Imperij Anni 55 & 76.*

291 Olim quidem tantum Pontificiae religionis Assessores electi fuerunt. Et quidem 22. Decemb. Anno 50. in pleno Senatu conclusum fuit, neminem Augustanae confessionis in Assessorem eligendum.

292 Sed hoc postea in Comitibus praedictis est mutatum: quod jus hodie observatur.

293 Quartum est, ut morum gravitate, & honestate vita sint conspicua. *p. 1. tit. 3 §. 1. Mores enim & honesta vita, praeserantur scientiae arg. c. sedulo dist. 38. l. magistros 7. C. de Profess. & Medic. lib. 10. & l. vn. C. de Professor. in urbe Constantinop. Et illaudabilis est scientia, quam vita maculat c. nisi cum 10. §. pro defectu, de renunciation.*

294 *Quintum est, ut ad gerendum Assessoris munus apti sint & idonei. Idonei autem tum erunt, si tria concurrunt: Primum est, si morum & consuetudinum Germania sint per ti d. p. 1. tit. 1. §. 1. Index enim secundum consuetudines judicare debet, ne litem suam faciat, & in Syndicatu teneatur jux. Auth jubemus C. de Judic.*

295 *Ex quo Assessores jurare solent, quod secundum Imperij constitutiones, secundum jus commune & laudabiles locorum consuetudines judicare velint inx. ord. Cam. p. 1. tit. 57. & no. Gail. lib. obs. 1. c. 36. n. 14.*

296 *Dicuntur autem laudabiles consuetudines, quoties statuentes, vel observantes existimant, illas bonis suisq; moribus convenientes no. Gail. d. c. 36. n. 15.*

297 *Alterum est, ut jurium gnari, & in praxi versati sint d. p. 1. tit. 3. §. 1. Turpe enim esset illos ea ignorare, in quibus quotidie versari coguntur.*

298 *Refert autem an nobiles sint, an vero non nobiles. Posterioris generis viri non recipiuntur, nisi titulo in jure ornati sint, idq; in tali Vniuersitate, vel Academia, qua ab Imperatoribus confirmata fuit d. p. 1. tit. 3. §. 1.*

299 *Ex quo illi repellendi sunt, qui à Palatinis Casareis in Doctores, vel Licentiatos juris creantur.*

300 *At nullo modo rejiciendi sunt, qui in Academia aliqua à solo Imperatore, non etiam à Pontifice constituta & confirmata, in jure gradum aliquem consequuntur d. p. 1. tit. 3. §. 1.*

301 *Nobiles vero admittuntur, etsi nullo honoris titulo decorati sint: modo in alijs cum honoratis viris conueniant d. p. 1. tit. 3. §. 1.*

302 *Etsi autem iuxta ordinat. Cam. p. 1. tit. 1. §. pe. di-*

mi dia Assessorum pars ex nobilibus, altera pars ex non nobilibus eligenda sit: id tamen usu non seruetur. Si enim Doctores vel Licentiati, iuris ordinationi conformes, presentantur, loco nobilium recipiuntur.

303 Electores tamen plerumq; nobiles presentare solent. Admittuntur tamen & illi, quorum vel parentes, vel ipsi primum nobilitatem adepti sunt, idq; ex constit. Imperij anni 57. Hac de altero.

304 Tertium est, ut causas in iudicio propositas dextrè referre possint d. p. 1. tit. 3. §. 1. Itaq; ut hac de re certum extet testimonium, antequam recipiuntur, relatio difficilis alicuius cause futuris Assessoribus committi solet. Et hac de Assessoribus.

305 Tertij ex ordinarijs Iudicibus sunt Visitatores, & Reuisores, de quibus c. preced.

306 Visitatores ab ordinatione Imperij constituti sunt. Hac enim Statibus Imperij hanc potestatem tribuit, ut totius Camera inspectionem habeant sec. ord. Cam. p. 1. c. 50.

307 Iam vero Visitatoris munere Imperator & Status Imperij, vel Imperatoris & Statuum Consiliarij funguntur d. p. 1. c. 50. in pr.

308 Ipsi Status sunt Elector Moguntinus, & adhuc alius Elector, cum duobus Principibus, quorum alter sacri, alter Politici sit ordinis d. c. 50. in pr.

309 Iam Imperator, & Elector Moguntinus sunt perpetui Visitatores: quia semper, & singulis annis visitationis munus illis competit d. c. 50. in pr.

310 At reliqui tres sunt temporales: quia non semper, sed interdum solum, ubi ordo eos tangit, visitationis munus obcunt d. c. 50. in pr.

311 De consiliarijs Statuum paulo post agemus.

312 Reuifores fimiliter vel funt Imperator & Status Im-  
perij, vel Imperatoris, & Statuum Confiliarij, vel alij ad  
reuifionem ab his deputati fec. ord. Cam. p. 3. c. 53. in pr.

313 Et quidem illi ipfi qui fingulis annis, ex ordinatione  
Imperij, uifitationis munus fufcipiunt, etiam per fe acta  
reuiderere, uel fuis Confiliarijs, uel alijs, ea reuiderenda com-  
mittere poffunt d. p. 3. c. 53. in pr. Hac de Iudicibus ordi-  
narijs Camera.

314 Delegati Camera Iudices funt Statuum Confiliarij,  
ad munus uifitationis uel Reuifionis deputati.

315 In his autem conftituendis tria precipue funt obser-  
uanda: Primum eft, ut funt fpectate integritatis, eruditio-  
nis & peritia fec. ord. Cam. p. r. tit. 50. in f. pr.

316 Alterum eft, ut funt illorum Statuum, a quibus  
mittuntur, uel deputantur, Confiliarij, uel Syndici, iuxta  
conftit. Imperij Anni 57. Hoc tamen in reuifionibus non  
obferuatur.

317 Tertium eft, ut intra anni fpatium iudicio Camera  
non fuerint obligati iux. d. Conft. Anni 57.

IN QVIBVS CAVSIS IVDIX DARI  
poffit, Caput. VI.

318 Satis de caufa efficiente & fubiecto Iudicis egimus:  
iam de obiecto eft agendum.

319 Hoc autem aliud eft illius Iudicis, qui Iurifdictionem,  
& illius, qui tantum notionem habet.

320 Illius Iudicis qui principalem Iurifdictionem habet,  
(ut eft Prator, Praefes, uel alius Magiftratus) obiectum ef-  
fe dicimus caufas ordinaria, uel extraordinaria iuris-  
dictionis: quia circa has uerfatur. In his enim cognofcen-  
dis atq; iudicandis eft occupatus.

321 Et quidem Iurisdictionis ordinaria illas causas esse dicimus, de quibus olim Praetores, vel Praesides, alij, Magistratus, iudices dare potuerunt. Iure enim veteri ipsi de causis, ad se delatis, ordinariè non cognouerunt, sed Iudices dederunt, qui de factò cognoscerent & sententiam ferrent. Quae de causa Iudicis dandi licentia, iurisdictionis esse dicitur l. 3. D. de Iurisd.

322 Et hoc ordinarium fuisse ex multis juris nostri locis intelligitur, praesertim ex l. cum Praetor 12. l. iudicium soluitur 58. & passim to. tit. D. de iudic. qui praecipue est de Iudicibus datis, item ex l. à Diuo Pio 15. D. de re iudic.

323 Ex quo ordinaria iudicia illa appellata fuerunt, quae iuxta ordinarium iudiciorum ritum, & apud Iudices datos, non apud Magistratus exercebantur. Hi enim proprie non iudicare, sed ius dicere fuerunt dicti no. Anton. Fab. lib. 4. coniectur. c. 71. University Library Cluj

324 Et hoc est, quod Sueton. in Claudio Imperat. c. 15. In his, ait, quae non cognitionis, sed Ordinarij iuris erant Magistratus Populi Romani non cognoscebant ipsi, sed iudices dabant.

325 Haec autem non ita intelligimus, ac si Praetor, vel Praeses, vel alius Magistratus, ratione ordinariae Iurisdictionis, de nulla causa iudicare potuerit, ut scripsit Fr. Duaren. lib. 2. disput. c. 53. & alij multi, quos allegat Menoch. lib. 1. de arbitrar. iud. q. 2.

326 Si enim iudicare non potuit: quomodo iudicandi potestatem, quam per se non habuit, alijs dare potuit: cum nemo plus juris in alium transferre possit, quam ipse habeat. l. nemo 54. D. de R. I.

327 Sed dicimus, Praetorem, vel Praesidem, vel alios Magistratus,



gistratus, potuisse quidem causas ordinarij iuris, seu ordinaria iurisdictionis iudicare, vel iudicari iubere: plerunq, tamen non iudicasse.

328 Cur plerunq, non iudicavit? Quia id vel non potuit: vel non debuit: vel noluit.

329 Non potuit: si multitudine graniorum negotiorum fuit obrutus: ut alijs controuersijs iudicandis vacare non posset.

330 Et ita benè Accurs. in l. 2. C. de pedan. Iud. illa verba Non possent cognoscere, non de impedimento iuris, sed facti intellexit.

331 Non debuit iudicare: si leuia negotia iudicanda fuerunt: quia horum tractatio eius Maestati parum digna fuit. Et propterea hac negotia Iudicibus datus committere debuit.

332 Qua de causa Imp. Iulianus pedaneos seu datos Iudices humiliora negotia disceptare dixit l. vl. C. de pedan. iudic.

333 Noluit autem iudicare, si id illi quacunq, de causa displicuit. Liberum enim illi fuit causas ordinaria iurisdictionis vel per se iudicare, vel per alios iudicari iubere no. D. Vulteius lib. sing. discept. scholasticar. c. 1.

334 Et licet Prator, Praeses, vel alius Magistratus, se ipsium Iudicem specialem, vel Pedaneum, dare non potuerit l. Vl. D. de off. Prator. & l. Praeses. 5. D. off. Praesid. non tamen inde sequitur, cum quog, Iudicem esse non potuisse.

335 Est enim magna differentia inter eum qui se ipsum in causa specialem Iudicem dat, & inter eum qui ab alio datur, ut placarè explicat D. Vulteius d. c. 1.

336 At Iure nouo ab Imperatoribus Dioclet. & Maxim. l. 2. C. de

l. 2. C. de pedan. Iudic. constitutum est, ut has causas, de quibus olim Praetores, vel Praesides, alijq; Magistratus Iudices dare potuerunt, ipsi per se cognoscerent.

337 Ratio huius constitutionis est: quia si Magistratus ipsi causas cognoscunt, id non tantum ad integritatem iudicij, sed etiam ad iudicati dignitatem atq; fidem conducit.

338 Ad integritatem iudicij conducit: quia litigatores multa tergiversari, & malitiose comminisci possunt: ministri quoq; corrupti, litigatoribus molesti esse, & testes multa fingere, & improbe mentiri possunt: nisi ipsos praesentia Magistratus, metu potestatis suae in officio contineat.

339 Ad dignitatem verò & fidem Iudicij conducit: quia plus dignitatis ac fidei est in cognitione ac sententia Magistratus, quam Iudicis dati. Ille enim totius pronuntia, vel ciuitatis personam sustinet: at hic priuatus est no. Donel. in comment. iur. ciuil. lib. 17. c. 22.

340 Et ita nouo Iure omnes cause, de quibus olim Magistratus Iudices dare potuerunt, regulariter sunt obiectum Iudicis, vel Magistratus cognoscentis: quia regulariter de illis ius dicere, illasq; cognoscere debet.

341 Excipiuntur tres casus: Si nempe Magistratus negotiorum multitudine obruitur: vel si publicis negotijs distrahitur: vel si cause viles sint & exiguae d. l. 2. & vl. C. de pedan. iudic. Tum enim adhuc Magistratus Iudices dare potest dictis LL.

342 Nec immeritò. Nam prioribus duobus casibus si iudicem dare non posset, id litigatoribus non parum obesset: quia hac ratione lites ipsorum tardius cognosci, & dirimi possent.

343 At posteriore casu si ius dicere cogeret: auctoritas ipsius non parum vilesceret.

344 Et propterea in hisce tribus casibus hæc cause sunt obiectum Iudicis dati, non Iudicis, vel Magistratus dantis Iudicem: Et hæc de causis ordinariæ Iurisdictionis.

345 At ratione extraordinariæ Iurisdictionis illæ cause Iudicis, seu Magistratus iudicantis, obiectum sunt, de quibus ille ex officio cognoscere tenetur.

346 Hæc cause à Suetonio in allegato loco causæ cognitionis vocantur: sicut quoque, in Iure nostro dicuntur causæ notionis seu cognitionis Prætoris l. 3. §. 1. D. de lib. exhib. & l. 1. §. 1. D. de Rei Vind. quia Prætor, Præses, vel alius Magistratus, ex officio de his cognoscere consuevit: quia, inquam, hæc causas Prætor solus cognoscere debuit, nec vlla ex causa iudicem in his dare potuit. Hæc enim cause fuerunt cognitionis seu notionis Magistratus, non Iudicis privati seu dati.

347 Vnde cum ordinario & recepto Iure, ratione ordinariæ Iurisdictionis, Prætori Iure veteri in causis iudicandis Iudices dare liceret, ac ipse quoque, vi Iurisdictionis hosce dare solitus esset: inde factum est, vt alia causarum cognitio (quàm ipsa cogente officio suscepit, nec alteri committere potuit) extraordinaria cognitio appellaretur.

348 Huius generis Donell. quatuor species esse dicit: Primam esse illarum cognitionum, quæ sunt de honorarijs, sine alia conuentione certis personis præstandis: vt Aduocatis, Medicis, Professoribus liberalium artium, Ludi magistris, obstetricibus, nutricibus l. 1. & to. tit. D. de extraor cognit.

349 Alteram speciem esse in integrum restitutionem

minorum. Hanc enim totam ex cognitione Pratoris pendere l. quod si minor 24. §. vlt. D. de Minorib.

350 Tertiam speciem esse causam in qua de potestate patris agitur aduersus filium. Hac enim causa apud solum Pratorem disceptari & ab eo cognosci potest d. l. 3. §. 1. D. de lib. exhib. & d. l. 1. §. 1. de Rei Vind.

351 Quartam speciem esse fideicommissi persecutionem: quia hæc quoque, extraordinaria sit persecutio, nec ordinarij iuris executionem habeat l. pecunie §. actionis D. de V. S. no. Donel. Comment. Iur. ciu. lib. 17. c. 22.

352 His quatuor speciebus nos addimus causas populares, & causas status l. non distinguemus 32. §. de liberali D. de recep. & qui arbitr. Has enim Prator, vel Præses (quamuis negotiorum multitudine & publicis negotijs obrutus) ipse cognoscere, nec alij iudicandas committere debet l. 2. in fin. C. de pedan. iud. & d. l. non distinguemus §. de liberali in fi.

353 Vnde Imp. Iustinian. in l. vl. C. vbi cau. stat affirmat, Quæstionem liberalem apud competentes Maximos Iudices esse examinandam. Et Paul. in d. l. non distinguemus §. de liberali, Fauorem libertatis esse, ait, vt maiores iudices habere debeat.

354 Nec immerito: quia nullum grauius est quam de libertate iudicium teste Cic. lib. 1. de orator. eò quod libertas æstimatio infinita sit l. libertatis 160. D. de R. l.

355 Antedictis speciebus adhuc causas appellationis adijciendas putamus. Quando enim à Iudicibus datus fuit ad Prætores, vel Præsides appellatum, non alius, quam Prætor, vel Præses de causa appellationis cognoscere potuit l. 1. & l. vl. D. Quis & à quo appell. & l. Imperatores, 21. D. de appellation.

356 Hec tamen cognitio à cognitione Iudicis dati non parum differt: quia Iudex datus de facto cognovit: at Prator, vel Praeses, de Iure: an scilicet contra leges vel constitutiones sententia lata sit l. ante sententiam 2. D. de appellation. recip. no. Gouean. in d. Leum qui D. de iurisdic. Et hac de obiecto Iudicis qui principalem iurisdictionem habet.

357 Non principalis iurisdictione, ut supra monuimus, vel est mandata, vel prorogata. Hinc Iudicis qui mandatam vel prorogatam iurisdictionem habet, obiectum sunt causa mandata, vel prorogatae iurisdictionis, de quibus infra in tractatu de officio Iudicis & de iurisdictione civili latius agemus. Et hac de obiecto Iudicis qui Iurisdictionem habet.

358 Quod si Iudex tantum notionem habet, illius obiectum sunt causa, adjudicandum data, vel delegata: quia circa has versatur.

359 In his tamen causis requiritur, ut ea ad delegantis iurisdictionem pertineant: quia si delegans nullam iurisdictionem habet: vel si habet quidem, at causa ad eam non pertinent, eas alteri delegare nequit: & consequenter nec Iudex datus circa eas versari, vel eas cognoscere potest l. vn. C. qui pro sua iurisdic.

360 At quid si Iudex datus hasce causas indicandas suscepit, easq. iudicauit? Omnia quae gesta fuerunt pro infectis habentur: perinde ac si ipsi, qui delegauerant, aliena iurisdictionis Iudices resedissent, ut Imp. in d. l. vn. loquantur: h. e. perinde ac si delegantes fuissent Iudices incompetentes, & ita sententiam dixissent.

361 Sicut enim sententia, à non competente Iudice lata, ipso Iure nulla est. 10. tit. C. Si à non compet. iud. ita quoq.

hoc nostro casu sententia à dato iudice dicta, aliq̄, omnia non subsistunt: sed ipsi iure corruunt: adeo ut ne quidem appellatione opus sit d. l. vn. quia appellatio in ijs tantum locum habet quæ iure subsistunt 10. tit. C. Quando pronoc. non est neceſs.

### DE IVDICIO CAMERAE.

- 362 Suprà aliquoties diximus, Iudices Camerae vel esse ordinarios, vel delegatos. Ordinarios esse Iudicem Camerae, Assessores, Visitatores, & Reuifores.
- 363 Iam Iudicis Camerae, & Assessorum obiectum, sunt omnes causae, quae in iudicio Camerae proponi & tractari possunt. Circa has enim cognoscendas atq̄ iudicandas versantur.
- 364 Haec autem causae vel sunt primae, vel secundae instantiae.
- 365 Primae instantiae causae, vocantur causae simplicis querelae, & vel sunt civiles, vel criminales.
- 366 Civiles appellantur, in quibus civiliter agi solet: & sunt vel fiscales: vel non fiscales.
- 367 Fiscales causae sunt, in quibus de rebus, ad fiscum Imperij pertinentibus, agitur.
- 368 Et haec causae immediatè ad Camerae iudicium pertinent ex ordin. Cam. p. 2, tit. 20. §. VI. & no. Gail. lib. 1, obs. c. 20. n. 1.
- 369 Ac rursum vel sunt ordinariae, vel extraordinariae.
- 370 Ordinariae, sunt causae exemptionum, & sessionum Imperij.
- 371 At extraordinariae sunt causae pensitationum, & Collectarum

Collectarum no. Gail. d. lib. 1. obs. c. 20. n. 5. & 6. cum c. seq.  
Hac de causis fiscalibus.

372 Non fiscales civiles cause vocantur, in quibus de alijs, quam de fisci rebus civiliter agitur.

373 Et hec causa vel ratione personarum, vel ratione rerum in prima instantia in Camera iudicio proponuntur & tractantur.

374 Ratione personarum illas causas proponi & tractari dicimus, in quibus persona faciunt, ut de ijs in Camera iudicio agatur.

375 Hæ persona sunt Iudex inferior, & Litigatores.

376 Iam respectu inferioris iudicis, qui immediate Imperio subiectus est, in iudicio Camera agi potest, si is iustitiam denegat. Tum enim Camera jurisdictione fundatur: quia inferior iudex, ob denegatam iustitiam, quod ad illam causam, jurisdictionem amittit: ut iam Superior Iudex pro administranda iustitia adiri possit sec. Ordin. Cam. p. 2. tit. 1. §. vl. & tit. 26. not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 28. in pr.

377 Ex quo videmus ob denegatam iustitiam quotidie in Iudicio Camera citationes, per modum simplicis querelæ, decerni not. Gail. d. c. 28. n. 2.

378 Quando verò iustitia non plane denegatur, sed tantum prorahitur, in iudicio Camera promotoriales, ad excitandam iustitiam, peti, & decerni solent: ut ea intra certum tempus administretur no. Gail. d. c. 28. n. 7.

379 Et hec promotoriales illo quoq; casu decernuntur, quando inferioris iudicis sententia in rem iudicatam transijt, & in eius executione mora committitur, sec. Gail. d. c. 28. n. 7. Et hæc de inferiore iudice.

380 Respectu verò Litigatorum iam Actoris, quam Rei simul

simul in iudicio Camera causa proponi & tractari solent. si uterq. facit, ut in hoc iudicio de ijs agi possit.

381 Huius generis primò est, si Imperij Princeps aliquis, tanquam Superior subditos suos conuenire cupit. quia id in iudicio Camera facere debet.

382 Etsi enim in ordinatione Camera de hoc casu nihil expressum sit, tamen cum graue, & parum equum videtur, subditos à Principe coram Consiliarijs in ius vocari: iccirco iam dicta sententia in iudicio Camera approbata fuit, teste Myns. obs. Cent. 5. c. 1.

383 Nec distinguimus, an subditi singulares sint persone: an verò sint ciuitates: quia etiam ciuitates, Principi subiectæ, priuatorum loco habentur arg. l. cum qui vectigal. 10. D. de V. S. & l. nihil interest 15. D. de SC. Maced. & not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 18.

384 Quod si tamen consuetudine, vel priuilegio introductum est, ut Ciuitates, coram aulico iudicio conueniri à Principe possint, id est seruandum no. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 18.

385 Deinde huius generis nobis esse videtur, si Comes, Baro, vel alius Status, immediatè Imperio subiectus, subditos suos conuenire cupit. Etsi enim de hoc quoq. nihil in ordinatione Camera constitutum sit: tamen eadem ratio exigere videtur, ut hi non nisi in iudicio Camera compelli possint.

386 Tertio huius generis est, si subditi Dominos suos, immediatè Imperio subiectos, conuenire volunt. Hoc enim rectè in Camera facere possunt: uti colligi dicit Gail. ex ordin. Cam. p. 2. tit. 4. §. vlt. argumento à contrario ducto.

387 Quarto huius generis est, si Princeps, vel Magistra-



25  
tus, immediatè Imperio subiectus, subditum, aut alium extraneum, ex causa civili captum, & idoneam cautionem offerentem, relaxare nolit. Tum enim in iudicio Camera mandata de relaxando, cum, vel sine clausula decerni possunt not. Gail. d. lib. 1. c. 1. n. 24. & c. 26.

388 Quintò huius generis est, si nobiles, mediatè Imperio subiecti, item ciues, & alia priuata persona, Comitum, Baronem, aut nobilem, immediatè Imperio subiectum conuenire volunt sec. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. 17

389 Vterq; enim tam aëtor, quam reus, immediatè Imperio subiecti esse debent, vt priuilegium primæ instantiæ locum habeat, Das die Austräg stat haben: quia hoc priuilegium simpliciter nobilitati non est concessum: sed tantum si immediatè Imperio subsit. sec. ordin. Cam. p. 2. tit. 5. & not. Myns. obs. cent. 1. c. 89.

390 Et propterea cum hoc casu solus reus immediatè Imperio subditus sit, meritò cessat priuilegium primæ instantiæ, nempe der Austräg: quia aëtoris persona talis non est, qualis ad hoc priuilegium requiritur.

391 Sextò huius generis est, si quis immediatè Imperio subiectus, contra alium similiter immediatè Imperio subditum, in edictò noui operis nunciationis, mandatum sine clausula petit. Hoc enim rectè in iudicio Camera peti, & decerni solet sec. Gail. d. lib. 1. obs. c. 16. n. 12. §. hinc obseruandum.

392 Septimò huius generis est, si commissiones pro recipiendis testibus ad perpetuam rei memoriam, à personis immediatè Camera iudicio subiectis, petuntur. Tum enim decerni solent no. pluribus Gail. d. lib. 1. obs. c. 93.

393 Sufficit tamen reum, contra quam testes produci debent.

debent, immediate Imperio subesse: etsi actor alteri subiectus sit not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 16.

394 Octavo huius generis est, si tutores & pupilli immediate Imperio subiecti sunt. Tum enim illorum datio, & confirmatio, ad iudicium Camerae pertinet not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 47. Et haec si causa respectu utriusq; litigatoris in iudicio Camerae tractantur.

395 Respectu rei in iudicio Camerae causa proponi & tractari solet, si reus vel immediate Imperio est subiectus: vel non est immediate subiectus.

396 Si est immediate subiectus, tum vel habet privilegium prima instantiae, vel non habet.

397 Si habet hoc privilegium, siue Princeps sit, siue Comes, siue Baro, siue alius Imperij Status, non recta in iudicio Camerae, sed vigore ordinationis, Vermög der Aufsträg conueniri debet sec. ord. Cam. p. 2. tit. 3. 4. & 5, not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 17. 19. & 39.

398 Hoc autem primo non habet locum, si Princeps, vel alius Status, ad requisitionem Actoris, non tres Principes, intra mensem, iuxta ordinationem, Vermög der Aufsträg nominari: vel alio modo ordinationi non satisfecerit not. Gail. d. lib. 1. c. 1. n. 35. cum seq. & Mynsing. obs. Cent. 1. c. 91.

399 Deinde hoc non habet locum, si Princeps, vel alius Status, ob nimiam sanctitatem, vel ob insolita seruitia, a subditis conuenitur no. Mynsing. obs. Cent. s. c. 2. & Gail. d. lib. 1. obs. c. 17.

400 Tertio hoc non obtinet, si Princeps, vel alius Status, est proscriptus, vel bannitus, ut loquuntur. Cum enim omnia privilegia amittat l. si qui reus. s. ff. de publ. iudic. merito quoq; privilegium prima instantiae perdit: & consequenter

30  
sequenter recta in Camera iudicio contra eum agi potest  
not Gail. d. lib. 1. c. 1. n. 38.

401 Quarto hoc quoque restringitur, cum ex conuentione partium, privilegio prima instantia fuit renunciatum. Quilibet enim iuri suo renunciare, & jurisdictionem prorogare potest l. pe. C. de pact. & l. 1. & 2. ff. de iudic. & no. Gail. d. lib. 1. c. 1. n. 29. & c. 40. ubi hoc pluribus declarat.

402 Quinto hoc similiter non procedit, si contra eum, qui Imperio immediate est subiectus, petitur reductio a laudo. Tum enim per viam reductionis, ommissis ordinationibus iudicibus, de Austria in Camera immediate causa proponi potest no. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 49. Et haec sircus immediate Imperio subiectus, habet privilegium prima instantia

403 Si vero, is qui immediate Imperio est subiectus, non habet privilegium prima instantia, recta in iudicio Camera compelli potest.

404 Et huius generis primo sunt nobiles. Hi enim statim in Imperiali iudicio recte conveniuntur: quia non habent privilegium prima instantia.

405 Deinde huius generis sunt collegia Canonicorum libera, immediate Imperio in civilibus subiecta: item collegia & capitula Canonicorum, Ecclesia vacante. Haec enim in iudicio Camera similiter recta conveniri possunt not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 30. n. 9. cum seqq.

406 Tertio huius generis sunt quaedam Imperiales civitates. Quaedam enim non solum a civibus, sed etiam ab alio quolibet recte in iudicio Camera immediate conveniuntur. quia aliium, quam Casarem, vel Cameram, superiorem Iudicem non habent no. Gail. d. lib. 1. c. 1. n. 20.

407 Quaedam dicimus: quia hoc in illis Imperij Civitatib.

non procedis, quæ ex privilegio, vel præscriptione singulares iudices habent, besondere Aufstrag / vt Argentina, Memminga, Noriberga, VVormatia & aliæ not. Gail. d. lib. 1. c. 1. n. 20.

408 Quarto huius generis sunt, Assessores, Aduocati, & aliæ Imperialis Camerae personæ. Hæ enim actionibus personalibus in iudicio Camerae rectè compellantur not. Myns. obs. Cent. 5. c. 52.

409 Quinto huius quoque generis vagabundos esse dicimus. Quoniam enim probabiliter ignoratur: sub quo iudice conueniri debeant: ideo ad omnium Superiorem iudicem recurritur: & consequenter aduersus eos rectè in iudicio Camerae agitur no. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 33. & 34. Et hæc si reus, immediatè Imperio subiectus, non habet privilegium primæ instantiæ.

410 Quod si verò reus non est immediatè imperio subiectus: non in iudicio Camerae, sed coram ordinario suo Iudice conueniri debet: quia iurisdictiones non sunt confundendæ l. nemo 4. C. de iurisd. om. iudic.

411 Hoc tamen locum non habet, si ratione personæ, vel rei aliud est constitutum, vt iam ex parte vidimus, & mox pluribus cognoscemus. Et hæc de non fiscalibus causis quæ ratione personarum in iudicio Camerae tractari solent.

412 Respectu rerum illæ causæ in iudicio Camerae tractari dicuntur, in quibus res ipsa præcipuè facit, vt de ea in Camerae iudicio in prima instantia agi possit, vel non possit.

413 Et hæc res vel per se, vel ratione continentiæ causæ consideratur.

414 Per se considerata, vel est feudalis, vel non feudalis.

415 Si res est feudalis, refert an sit feudum Imperij, an sit aliud feudum.

416 Priori casu si inter duos Vasallos de Principatu, Ducatu, vel Comitatu Imperij contentio est, de ea solus Imperator cognoscere potest, sec. ord. Cam. p. 2. tit. 7. & Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 31. & c. 29. n. 7. vers. limita.

417 Quod si verò de alio Imperij feudo controuertitur, tum Camera jurisdictione praeventione fundari potest.

418 Et propterea si Litigatores prius iudicium Camera, quam Imperatorem aduent, jure praeventionis hac causa feudalis in Camera ventilari potest, ut hoc multis exemplis probat Gail. d. lib. 1. obs. d. c. 20.

419 At posteriori casu, si Vasallus Principem, vel Comitem Imperij conuenire cupit, id non nisi coram paribus Curiae facere potest no. Gail, d. lib. 1. obs. c. 1. n. 54.

420 Non feudalis res dicitur, ubi de alia re, quam de feudo est questio.

421 Et tum vel ex certa Imperij constitutione, vel ex alia causa agitur.

422 Ex certa Imperij constitutione agitur sequentibus in casibus: Primus est, quando quis religionis intuitu, contra placita Constitutionis vom Religions frieden / vel in persona, vel in rebus turbatur. Tum enim ex constitut. Imperij Anni 55. in Comitjs Augustanis promulgata §. wir befehlen / in iudicio Camera recte agi potest, no. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 3. & c. 2. per tot.

423 Alter casus est, quando Status, vel nobilis Imperij, alterius Status, vel nobilis subditos, aut eorum mobilia bona, ob controuersam jurisdictionem, vel possessionem alicuius juris, quod in eo loco, in quo sit pignoratio pretendi-

sur, capit, & pignori accipit: item quando vnus pro alio, & res vnus pro re alterius apprehenditur. Tum enim ex constitutione de pignorationibus recte in iudicio Camera agi potest no. pluribus Gail. in tract. de pignoration.

424 Ex quo idem Gailius affirmat, etiam Collegia Canoniorum, quae immediate ab Imperio territorum aliquod in feudum recognoscunt, ob pignorationem, in territoriorum factam, conueniri posse d. lib. 1. obs. c. 30. n. 19. §. tertio salit.

425 Tertius casus est quando Status, alterius Status bona propria, vel eius subditi, de facto, non de iure impedit, vel manus iniectioe molestiam affert. Tum enim ex constitutione Imperij de Arrestis, Anno 70. in Comitijs Spirensibus promulgata in iudicio Camera agi potest no. plurib. Gail. in tract. de Arrest. Imper.

426 Quartus casus est, quando praecipue inter Status, aut Primarios Imperij Nobiles, ob controuersam possessionem alicuius rei, vel iurisdictionis, vel seruitutis subest praesens armorum periculum. Tum enim ex constitutione Imperij de litigiosa possessione, in Comitijs Wvromaticensibus & Augustanis Anno 21. 48. & 55. edita, & aucta, recte in iudicio Camera agi potest sec. ordin. Cam. p. 2. tit. 25. & not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 14. & c. 5. & 6. per tot.

427 Quintus casus est, quando quis, Imperio immediate subiectus, grauioribus diffamationibus laesus fuit. Tum enim ex constitutione Imperij diffamator, etiam Imperio mediate subiectus, in iudicio Camera conueniri potest sec. Ordin. Cam. p. 2. tit. 25. & constit. Imperij Anni 30. in Comitijs Augustanis promulgatam §. Zudem lassen not. plurib. Gail. d. lib. 1. obs. c. 9. 10. 11. & 12.

428 Sextus casus est, quando petitur absolutio à juramento ad effectum agendi. Hoc enim ex constit. Imperij Anno 30. in Comitij Augustanis edita, rectè in iudicio Camera peti potest iux. d. constitut. §. Wiewol auch der Abscheid. & not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 22. 23. & 25. Et hæc de ijs casibus in quibus ex certis Imperij Constitutionibus in iudicio Camera agi potest.

429 Ex alia causa, quam ex certa Imperij Constitutione, in iudicio Camera in sequentibus casibus agi potest. Nam primò generaliter, quoties casus omni iure prohibitus est, vel factum est tale, quod nullo iure probari potest: in Camera iudicio mandata sine clausula peti & obrineri possunt: modo tamen reus immediatè Imperio sit subiectus. vel qualitas cause ad Camera principaliter spectet not. Gail. d. lib. 1. obs. c. 13. CU Cluj / Central University Library Cluj

430 Deinde si quis ratione violati Imperialis privilegij agere cupit, id rectè facit in iudicio Camera: quia Imperator qui privilegium dedit, etiam rectè de eo cognoscit not. plurib. Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 7. cum seqq.

431 Tertio si executiones sententiarum, per Commissarios, vel Iudices ordinationis, latorum, faciendæ sunt: illæ rectè in iudicio Camera exigì possunt. Eiusmodi enim executiones immediatè ad Camera spectant not. Gail. d. lib. 1. obseruat. c. 1. n. 52. Et hæc de re qua per se consideratur.

432 Ratione continentia causa res consideratur, si illius intuitu in iudicio Camera de re aliqua agitur. Nemo enim eiusdem rei nomine sub diuersis Iudicibus litigare cogitur l. nulli. 10. C. de iudic.

433 Et propterea ne continentia cause diuidatur, omisso medio iudice, Superior omnium, ut Iudex Imperialis Camera, adiri potest no. Gail. d. lib. 1. obs. c. 32. n. 1.

434 Vnde si plures sunt liti Consortes, quorum vnus tantum immediatè, at reliqui mediatè Imperio subiecti sint, omnes in iudicio Camera rectè conueniuntur: ne scilicet continentia cause diuidatur sec. Gail. d. c. 32. n. 2.

435 Vnde quoq; ob Salaria Aduocatorum, Procuratorum, & Commissariorum Ordinationis, in iudicio Camera citationes & monitoria decerni solent: propter nimirum connexitatem & continentiam causarum: & quia partes, ratione salarij, in Camera quasi contraxisse videntur, ait Gail. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 37. qui hoc pluribus declarat d. lib. 1. c. 44. Et hæc de ciuilibus causis.

436 Criminales causa, si Gailio credimus, in iudicio Camera in prima instantia proponi & tractari non possunt, ut not. d. lib. 1. obs. c. 1. n. 27.

437 At contrarium verius & æquius esse videtur.

438 Verius esse videtur: quia Constit. Imperij Anno 30. in Comitibus Augustanis promulgata, & in ordinat. Cam. p. 2. tit. 28 §. Item nach dem/ tantum dicitur, in causis criminalibus die Leib straff auff ihme tragen/ nullas, appellationes in Camera iudicio recipiendas esse.

439 Nihil autem ibi de causis criminalibus, in prima instantia in iudicio Camera non proponendis, constitutum est. Et propterea nec à nobis id fingi debet

440 At æquius esse videtur: quia si Comites, Barones, & nobiles Imperio immediatè subiecti, ob capitalia crimina in iudicio Camera conueniri non possunt: hæc crimina manebunt impunita, & fenestra aperietur quibuscumq; sceleribus perpetrandis.



441 Ex quo accusationem super Constitutione pacis publica, Auff den Landfriden in iudicio Camera etiam in prima instantia admitti videmus, de qua pluribus agitur in ordin. Cam. p. 2. à tit. 9 usq. ad tit. 19. & Gail. in tract. de pace publ. Et hec de causis primæ Instantiæ.

442 Cause secundæ instantiæ pari ratione vel sunt civiles, vel criminales.

443 Civiles cause in iudicio Camera omninò proponi & tractari possunt. Quoniam enim hoc iudicium summum Imperij tribunal est: iccirco ex omnibus penè Imperij inferioribus iudicijs, ad hoc tribunal cause per appellationem devoluntur, de quibus Gail. lib. 1. obs. c. 119. cum seqq. Et nos suo loco pluribus explicabimus.

444 Criminales appellationum cause in iudicio Camera non proponi, neq. tractari solent. Ita enim consuetudine Germania receptum, & publica lege Imperij in Comitijs Augustanis Anno 30. Item als jetzt etliche Zeit / & in Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. §. Item nach dem / constitutum est, & not. Gail. lib. 1. obs. c. 1. n. 27. & Myns. obs. cent. 4. c. 41.

445 Excipitur ille casus: si quis in iudicio Camera principaliter ostendere vult, in criminali causa à iudice, qui immediatè Imperio subiectus est, nulliter in prima instantia, nempe contra non citatum, indefensum, absentem, & inauditum processum esse no. Mynsing. d. c. 41. & Gail. d. c. 1. n. 27. & 28.

446 Excipi quoq. posse videntur illi criminales casus, Die kein Leibstraff auff ihme tragen / vt pluribus explicat Petr. Fridericus in tract. de processibus & c. c. 9. Et hec de obiecto iudicis Camera & Assessorum.

447 Visitorum Camera obiectum est ipsum iudicium Camera. Circa hoc enim versantur: quia totius huius iudicij

dicij inspectionem habent: adeo ut si quid à Iudice Camera, vel ab Assessoribus, vel à quibuscunq. alijs, aduersus Constitutiones Imperij ordinationem Camera, & communem huius iudicij stylum commissum sit, id reprehendere, punire, & emendare possint.

448 Obiectum verò Reuisorum sunt acta, & lata sententia. Si quis enim se à Iudice Camera, & Assessoribus grauatum, vel si aduersus se iniustam, vel nullam sententiam ab his latam esse dicit, de eo Reuisores cognoscere solent, iuxta ordin. Cam. p. 3. tit. 53. Et hac de obiecto Ordinariorum Camera iudicium.

449 Delegati Camerae Iudices sunt (ut supra aliquoties diximus) Consiliarij, Reuisores, Commissarij Casaris, & Commissarij ordinationis.

450 Iam autem Consiliariorum Reuisorum idem est obiectum, quod Dominorum, à quibus mittuntur: quia illorum vicem sustinent, de quo supra thesi 447.

451 At Commissariorum Casaris obiectum sunt omnes illae causae, ob quarum compositionem, vel cognitionem ipsi sunt deputati, de quo Guil. d. lib. 1. obs. c. 35.

452 Tandem Commissariorum ordinationis obiectum similiter illae causae sunt, ob quas ipsi sunt constituti: sicut haec omnia suo loco plenius declarabimus.

FINIS.

SAMVELIS NARVSSEVICII, CA-  
STELLANIDAE SMOLECENSIS, AD NOBI-  
lissimum ornatissimumq; Iuuenem; Iohan-  
nem Melcerum Eperieszy Vngarum,

Epigramma.

**S**ic traheris sacra studio MELCERE Themistis?  
 Sic magis ingenium nobilitare iuuat?  
 Voluis enim gemini spatiosa volumina iuris:  
 Assiduosq; libros nocte dieq; teris.  
 Nec solum teris arte libros: sed differis arte  
 Et monstrare soles, qua probat alma Themis.  
 Maeste animo, Clary proles certissima regis:  
 Fac studiosa cohors ut tua scripta legat: Library Cluj  
 Pluraq; prome grauis genij monumenta: nec unquam  
 At MELCERE Aonijs docte recede vadis.

Ad eundem.

**D**um iuuat immensi sinuosa volumina iuris  
 Voluere & ad Themidis sternere templa viam;  
 Ecce noua laudis seges hinc tibi crescet, & olim  
 Accedet titulis tunc nona fama tuis.  
 Quantum est doctrina titulos extendere auitos,  
 Atq; aliquod priscis addere lumen auis?

I. Doufa F.

ALIVD.

**I**sta DEV s mens est, justiq; assertor & equi,  
 Iudicioq; probat non nisi iusta suo.

Quin & in humanas prima sub origine mentes  
Iustitię sparsit semina pura suę  
Quę, si non misero mens leua fuisset Adamo,  
Palluit vt vetitis ora nouella cibus,  
Quantus honor menti: quę lux quę splendor honesti:  
Nec scio quid posset Numinis esse sacri?  
Nanq. quid aut rectum, quid non, quid fasq. nefasq.  
Quouis conspicuum Iudice ritę foret.

Sed tamen vt rutilans, igni gliscente, fanilla  
Viuit in extincto semisepulta foco,  
Cui siquidem vires, patulasq. admoneris vltimos,  
Qui modo nullus erat, splendidus ignis erit:  
Non aliter gemini veneranda scientia IVRIS  
Est ex scintillis eruta tota suis,  
Creuit & immensum diuini Numinis aura, Clui  
Perq. arte insignes ingenioq. viros:  
Vt neq. nunc regio, non vrbs, non villa pusilla,  
Iudice nec careant vilia teeta suo.  
At mihi quid regio? quid villa? quid vrbsq. domusq.  
Terraq. Iustitię nomine clara fiet?  
Ipsa etiam stygię (si vera est fama) Tyranni  
Stat bene Iudicijs aula tremenda suis:  
ÆACVS, vt perhibent, hic nempe silentibus umbris  
Tartareo reddit iura seuera foro.  
Ponę locum RHADAMANTHVS habet iustissimus Heros,  
Expendens animo iusta & iniqua suo:  
Gnosius huic MINOS folio sublimis in alto  
Arbiter in pœnas ingeniosus adest,  
Castigatq. reos, infantes liberat orco,  
Et sub iudicium singula facta vocat.

Sic neq; Iustitiâ, spaciosi clymata mundi  
Ipsaq; nec (mirum) tartara nigra vacant.

Salve sancta parens hominum cultissima virtus,  
IUSTITIAE à iusto nomen adepta DEO.

Tu quaecunq; orbi sunt, regna virosq; gubernas,  
Imperioq; tenes subdita cuncta tuo:

Tu genus & famam tribuis venerata perennem,  
Et facis eximio quemq; sedere loco:

Per te stant celsæ vastis cum mœnibus urbes,  
Et sunt præsidio singula tuta tuo.

Vos quoq; sacrarum clarissima Numina legum,  
Quosq; SACERDO TVM nomine Iura colunt,

Salvete, & vitam longos extendite in annos  
Imprimis nostræ Lamina magna scholæ. Library Cluj

Tuq; mihi ante alios longè carissimus omnes  
Salveto generis IANÆ columna tui:

Dumq; iterû Themidis dubia in certamina prodis,  
Sit mihi fas iussu pauca monere tuo.

Anne magis laudem, aut generosis gratuler ausis?  
Pul mea stant dubio pectora nixa pede.

Non locus aut tempus permittit virumq;: sed esto:  
Et laudo & cæptis gratulor usq; tuis:

Nempe quod ancipitem toties ingressus arenam  
Non nisi devicto victor ab hoste redis.

Credo equidem patrijs si sic vigilaret in oris  
Miles, & in Turcas verteret arma truces,

Vltra Sauromatas, latumq; Borysthenis amnem  
Pulsa foret populi vis inimica feri.

Ergo age, pelle metum: cape nota viriliter arma:  
Perq; vices, ietus accipe daq; novos.

*Verum heus: non hastâ aut pugnabis acinace curus,  
Qualia Pannonicus arma rotantur agris:  
Arma sient vasti præclara volumina IVRIS,  
Pro clypeo ac telis verbaq; legis habe.  
Dux quoq; fidus erit, Themidis præclarus in armis,  
Hunc sequere: hoc fretus Numine, victor eris,  
Victor eris, celebresq; agitans cum laude triumphos  
Virtuti statues læta trophæa tua.*

Vibanus Lubecius Pomeranus amoris  
& observantiæ ergo F.

A L I V D.

*Siccine Pieridum studio Studiose teneris?  
Siccine & ingenium nobile nobilitas? Cluj  
Quod quintum MELCERE paras nunc artis honorem,  
Dum studium in juris cognitione locas.  
Macte animi fac quotidie des talia nobis  
Ingenij genij pignora plura tui.  
Nominis ecce tui sic fama vigebit in orbe  
Sic fies Baldus maior & Atilijs.  
Sic poteris servare Laves: non Martis, at artis  
Viribus, & cedent arma superba toga.*

Adamus Biellicouitius Lithuanus.

Ad eundem.

*Impiger in gemino sic miles dulcia IVRE  
O cia consumis? sic nitor ore fluit?*

Hoc

H oc opus hic labor est: dias perquirere leges,  
 A ruamq; praelustrus qua Themis ipsa tenet.  
 N unc adsis: cape dona tibi studiosa iuuentus:  
 N ectareum sacri suscipe IURIS opus.  
 E ximio solers quod fert tibi dextra lepore,  
 S acraque Castalys penna rigata vadis.  
 M agna equidem laus est: Themidos venerabile donum  
 E xcipere è iuris dogmata tanta libro,  
 L arga satis siquidem spaciola per agmina vis est  
 Currenti restat grande laboris onus.  
 E uge tuum MELCERE decus: tua gloria nota est:  
 R obora & ingenij cognita clara tui.  
 V tere quasitis: amplum contende Camenis  
 S uanisonis studium condecorare precor.  
 E t superabit onans Ciceronem lingua sed artes  
 P restabunt studijs Iustintane tuis.  
 E t dulces gaudebis agros, patriosq; penates  
 R eppetere, ac magnos arte politus avos:  
 I nsensosq; tuis trades virtutibus hostes,  
 E xternâ faciunt qui tibi bella manu,  
 S anguineo sic pulsa ruet Bellona flagello.  
 I bnt & ad celsos en tua fama polos.

Matthias Hamelus Pomeranus.

BCU Cluj / Central University Library Cluj

19-1913.